¶ Circa terciū p̄ncipale de victorioſa milītia accipiamꝰ bāc ꝓclusionē q oīs miles xp̄ianꝰ vt sit vere z salubriter victorioſus exēplo btī Georgij debet esse in fide xp̄i firmꝰ.et in ꝓscia a pctō mundus. Patz ex vbis themat'. Et ratio. qꝛ dicente Bern̄.rea ꝓscientia sp̄ est pauida.q nō pōt esse securꝰ miles z victorioſus ad salutē nisi sit mūdꝰ. Deniq; gr̄a buiꝰ q̄rit vñ accidit fortissimos milites z al's victorioſissimos q̄q; in bello turpiť a minꝰ validis vinci z ruere. Rñdeť fm scripturas q ꝺ fit deo ꝓmittēte ꝓpter pctā p̄cipue q̄ttuor. Primū est superbie nimia elatio. Prouer. xvij. Antecēz cōterak exaltak cor hois.z Lu.xviij. Qui se exaltat hūiliabiť. Uñ tritū verbū est apō belligeros q q vult z loquiť supba victoriā non reportabit. Exēplū de Goliath z Dauid.j. Reg. xvij. Hinc Augꝰ.ꝺr. Nemo vincitur nisi q ꝺe se p̄sumit. Nemo vincit nisi q nō de se p̄sumit sed in deo cōfidit. Uñ Judith.vj. Nō derelinq̄s dñe p̄sumētes de te.z de se z sua virtute gl'iantes humilias. Secūm est carnaliū viciōz delectatio. Uñ in ꝓlicrato li.vj.ꝺr. Duci militari iure p̄cauēdū est ne venꝰ z vinū pugnātia pectora frangāt Nā regna assiriōz legunť fuisse subuersa gule z luxurie ipulsu. patet de Holoferne. Itez q̄s fuit fortiꝛ miles Sāsone quē tū Dalida ꝓfusibiliť vicit Judiť.xvj. Itez trib; beniamin bīs viros bellicoſissimos pugnādo p defensiōe gābaa luxurioſoꝝ viroꝝ tota in bello pūt Judiť.xx. paucissimis exceptis. Uñ Greg.xxxj.moral'. Qui inq̄t semetip̄m carnalibꝫ vicijs subiugat frustra ꝯ se extra posita bella suscitat. Nā quō ꝺ labore externi certamis triūphare appetit q adhuc apud semetip̄m domestico libidinis bello succūbit. hec ille. ¶ Terciū est rapie z spolioꝝ exercitatio. Uñ Esa.v. Ue q̄ ꝓdaris nōne z ipse ꝓdaberis. Exēplū de moabitis festinātibꝫ ad pdā z ꝺi. Nūc pge ad pdā Moab.sicq; israel ꝓsurgēs pcussit moab.iiij Reg.iij. Quo ꝛtra Judas machabeꝰ cū pcussiſset exercitū quēdā gentiū dixit ad ppl'm. Nō concupiscatis spolia qꝛ bellū ꝯ nos ē.sed postq̄z expugnaueritis eos sumetis spolia securi.j. Mach.iiij. ¶ Quartū est superstitionū obseruatio.s.in caracteribꝫ z cartis ꝯ ictꝰ gladioꝝ vel ꝯ sagittas z queq; vulnera vt putāt talia sibi valere falso cuz ponti sint ad ruinaz. Deuť.vij. Nō seruies dijs alienis ne sint ī ruinā tui. Et ps̄. Irritauerūt deū in adinuētionibꝫ suis.s.superstitioſis.z mltiplicata est i eis ruina. Exēpluz.ij. Mach.xij. vbi legiť q ꝑ ante Juda ꝯ Gorgiā corruerūt i bello iudei plures. q̄ꝝ corpa seq̄nti die sepelire volētes iueneruť sub tunicis interfectoꝝ iudeorū de donarijs idoloꝝ. Quibꝫ ḡ manifestū est factū et ob hāc causaz eos corruisse. O ḡ miles xp̄iane attende tibi ab hijs:alioq̄n pibis z corpaliť morīēdo morte mala z eternaliter. Piere.xvij. Duplici ꝓscitiōe cōtere eos. Noui z ego virū q talē cartā babebat in bello apud se.cui cū psuadere nō potuissem vt reiceret.dicebat eī poptime sibi cauere a sagittis et cauisse p illi' carte vtutē. Ecce die altero in congressu belli opido sagitta est vulnerat'.et ptime scens dānationē cōbussit mox dictā cartā: exper qꝛ mēdaciū est talia valere. Ad ꝓpositū btūs Georgiꝰ hec oīa cauit.imo ipse fuit in hūilitate pfūda fundatꝰ:castꝰ:sobriꝰ:ꝓpria egenis largiēs.et in vera fide xp̄i adeo fortis z firmꝰ.vt.s.fortitudie fidei armatꝰ victoriaz reportaret gl'iosissimam. Pcio de draconе. Scdo de tyranno z eiꝰ cruciatibꝫ. Tercio de diabolo.z Quarto de ipa morte Sicq; gl'iosissimo triūpho z corona martyrij regnat ineꝛnuz. O itaq; miles victorioſissime. O gl'iosissime athleta christi Georgi ora nunc christum tuum p nobis.

Pro sancto Georgio milite Sermo.iiij.de bello spūali.

Benedictus dominus deꝰ meus q docet manus meas ad p̄liū z digitos meos ad bellū. Psal.cxliij. A Scōm qꝺ dicit Piero.in p.logo sup li.psalmoꝝ necnō Lyra ī postilla. Hec verba Dauid dixit cum ꝓcessit ad pugnā cōtra

Goliath getheū inermis cū sola funda et baculo quā pugnā accepat ex instinctu spūssci. de qua etiam p diuinam reuelationē nouerat q̄ deꝰ volebat eidē victoriaz dare mirabilit vt ait Augꝰ. Et ideo laudauit z benedixit deū p dono auxilij sui. Jn q̄ docent oēs boies q̄ tā i pugna corpali q̄z etiā in pugna spūali cōtra q̄scūq; diaboli carnis aut mundi tēptatiōes deū ipm debēt inuocare z exorare z ipm laudare ac benedicere scientes q̄ oīs victoria a solo deo est. Unū Augꝰ. ad Bonifaciū ait. Noc p̄mū cogita qñ armaꝛ ad pugnā: qz vtus tua etiā corpalis (q̄nto magis virtus spūalis) donuz dei est. Hec ille. Sed q̄m vt dicē Diero. xxiij. q. j. nisi bella. Illud potissimuz bellū Dauid ꝯ Goliath figurauit belluz spūale electoꝝ ꝯ diabolū. Sicut em̄ vicit Dauid in baculo z q̄nq; lapidibꝫ torrētꝫ funda iaciendis. sic nos vincere poterimꝰ p crucē xp̄i lignū q̄ p baculū ligneū figurat z per q̄nq; vulnera xp̄i. Deniq; exēplū btūs Georgiꝰ miles xp̄i iesu pugnit z bellū gerēs ꝯ draconē z cōtra tyrānū z cōtra oēs hostes spūales victoriā gl'iosam obtinuit in qua et nob in exēplū ꝓponit. idcirco merito potest dicere cū Dauid vba p̄missa. Benedictꝰ dñs deꝰ meus q̄ docet manꝰ meas ad p̄liū p victoria. s. obtinenda. Unū p sermone p̄senti ꝓuenient accipiuntur hec ad eius honorē. Et q̄bus vbis tria mysteria notabimꝰ fm q̄ in hijs tribꝫ in exemplū nobis ꝓponit btūs Georgius.

¶ Primo de spūalis belli varietate. qz dicit. ad bellum z p̄mium.

¶ Secundo de certandi sagacitate quā benedictus dñs deus docet.

¶ Tercio de superandi validitate. nam deus docet manus ad p̄ualendum hosti.

¶ B Circa p̄mū de varietate bellorꝫ spūaliū ingrendum occurrit que vel q̄lia sunt ista bella spūalia in q̄bꝫ certari z vincere debet xp̄iana aia p adipiscēda salute eterna. Ad q̄ respōdetur fm Fran. maro. q̄ distinguunt in q̄ttuor genera

Primū est malorꝫ boim ꝯ deū pugnātiū
Secūm est demonū ꝯ angelos p̄liantiū.
Terciū est carnis z aie inter se aduersantiū
Quartū est vicioꝝ z vtutū ꝓtrariantiū.

Primū est boim ꝓtra deū pugnantiū. Sūt em̄ multi boies q̄ p̄sequunt fidē xp̄i vt ꝓtranni hereticī et pagani. Sūt etiā christiani mali q̄ bonos et paupes opp̄mūt et p̄sequunt. Sunt insup q̄ bona opera facere alios p̄hibent vel nō sinunt. et q̄ntum in eis est obloquunt z p̄sequunt. Hij oēs et similes ꝓtra deum z xp̄m iesum pugnant tanq̄ antichristi. De oibꝫ talibus. j. Joh. ij. Filioli ait nouissima hora est. et sicut audistis q̄a antichristꝰ venit. nunc antichristi multi facti sūt ꝛc. Noc bellū debent vincere boni christiani exemplo beati Georgij scz in fide et bonis operibꝫ p̄seuerando. Ad q̄ apl'us hortat exemplo sanctorum ad Heb. xj. di. Sancti p fidem vicerunt regna. operati sunt iusticiā. et sic adepti sunt repromissiones. ¶ Secundū bellum spirituale est demonū contra angelos p̄liantiuz. qui quidē q̄tidie inter se pugnant de obtinēdo regno anime nostre quod est p̄ciosissimū omni regno totius mundi fm q̄ dicit Augustinus z cōcor. Bern. q̄ videlicet totus mūdus corporalis anime p̄cio eq̄parari non potest. Hoc q̄ppe regnum anime nostre aliquādo contra demones obtinent angeli. z tunc gaudent. iuxta illud Lu. xv. Gaudium est angelis sup vno peccatore penitentiaz agente. Aliquādo aūt obtinent contra angelos demones per vicia. et tunc angeli pacis amare flebunt Esa. xxxiij. Aliquando aūt obtinēt q̄dāmodo z illi per bona opera. z isti per mala claudicantē animā ad duas ptes. Sed ve ve anime peccatrici. quia z bona amittit z eternalit in peccato moriēs damnabit. Deniq; quod amarius est z dolorosius: quia aliquādo diabolus nititur per bona opera anime regnum possidere.

¶ E Cuius gratia querit quō diabolus per bona opera animā nostraz obtinere valeat. Ad quod respondet Gregoriꝰ. li. moral'. in hec verba. Bona inquit opera nostra hostis noster tribus modis insequit. Primo quia aliquādo in bono opere intētionē pollute vt omne quod in actione sequit eo purū non exeat quo hoc ab ortu ginē p̄turbat. Secundo aliquādo aūt intentionem boni operis viciare non p̄ualet. sed in ipsa actione se quasi in ipō itinere opponit: dum em̄ laus humana obuiat mentem imutat. que q̄uis non fuerit: tamē oblata delectat. Tercio aliquando vo nec intentionem viciat: nec in fine rem supplantat. sed opus bonum in fine actōis illaqueat. Hec Gregoriꝰ. Et hoc vltimū intelligē vel per peccati recidiuationem vel bonorum illorum subsecutam contristationez et detestationem et similia. Sed in omnibus p̄missis studeamus charissimi esse strenui: demonū suggestioni resistendo et angelorum sanctorum admonitioni ac diuine inspirationi obtempando vt sic cum beato Georgio qui draconem deuicit diabolum vincamus. ¶ D Tercium belluz spirituale est carnis et anime inter se aduersantium. de quo Gal'. v. Caro concupiscit aduersus spiritum. spiritus autez aduersus carnem. hec enim sibi inuicem aduersant. Qualiter autē in hoc bello nos habere debeamus: docemur Primo ex sacra scriptura per Apostolū Rom. viij. dicētē. Fratres spūi debitores sumꝰ nō carni vt fm carnē viuamꝰ. Si em̄ fm carnē viueritis: moriemi. si aūt spū facta carnis mortificaueritis: viuet. Quicūq; em̄ spū dei agunt hij filij dei sūt. Hec ille. Secō docemur ex figura. nā Exo. xij. ca. p ꝛ Moysen lex diuina dictauit q̄ si rixati fuerint duo q̄z alter p̄cusserit alterū lapide vel pugno si mortuꝰ non fuerit sed sup baculū ambulauerit p̄cussor soluet expensas in medicos.

figuralit: duo rixantes sunt caro ⁊ spūs. pcutit spiritū sepe caro pugno male operatōis vel lapide obstinatōis: qui qdē nō est mort⁹ morte gehenne: licz sit eoipso mort⁹ morte culpe. potest tñ conualescere innitēdo baculo crucis christi ⁊ ambulare ad vitā p spem mīcordie dei. Justū est ḡ vt caro reddat ipēsas viriū ꝑ aie medicina in agēdo pniam austerā. Ber. Si vis agere penitētiā punire optz mēbra: carnē affligere: iudicare temetipm vt nō icidas i man⁹ dei viuentis Tercio docemur ex lege phica. qz vt ōt Ypocras in Epici. natura morbo corrupta febrili solz appetere ea q̄ sibi sūt nociua. puta febcitās appetit bibere aquā q̄ magz auget febres. ſz sapiēs medicus nō ꝯcedit tali aquā. Sic debem⁹ facere ⁊ carni nr̄e vicio corrupte q̄ sp appetit nociua. i. viciosa ⁊ dānabilia. Un Ber. Sic fouēdū ⁊ tractādū est corp⁹ nostr̄ sic tractat medic⁹ egrū cōmendatū. Cui etiā nolēti mlta qñq; phibet. Quarto ex lege politica docemur vt sic dñs seruū rebellē castigat ⁊ inimicuz q̄tidie debilitat: ne. s. inualescēs ꝯ se occidat. sic ō carne nr̄a faciēdū ē. qz dicēte Ber. domestica nr̄i hostz ēq nitit nos occidere. E Quartū bellū est vicioz ⁊ vtutū ꝯriantiū. Nā vicia ꝯ vtutes i aia nr̄a pugnāt. sm qđ doctz Aug. li. de ꝯflictu vtutū ⁊ vicioz. Nā supbia inqt dic. Altior cūctis es. Hūilitas rñdet. Memēto qz putredo ⁊ vermis es. Vana gl'ia dic. Oñde bonū qđ agis vt bon⁹ ⁊ sctūs dicar̄. Timor dñi rñdet. Bonū nō p trāsitoriis ſz p eternis bonis agēdū est. ⁊ ideo occultādū vt de⁹ retribuat. Auaricie cupiditas ōt Sine culpa ꝯcupisc̄ habēda qz egere ptimescis ⁊ qđ ali⁹ male retineret ipe meli⁹ erpēderes. Sz mūdi ꝯtēpt⁹ rñ dz. Ista nō sine pclo ꝓcurāt: qa ḡnto qs ampli⁹ habz tāto ampli⁹ hīe ꝯcupiscit. ⁊ certe i morte dimittēt oia. Luxuria dic. de⁹ abhorrdio masculū ⁊ feminā fec vt mutuo se diligāt p voluptate carnis. Sz castitas rñdz. Inde magz caste viuere debes vñ tps acceptū ḡnitori⁹ ptrāsire nosti ne peas. Ira dic. Si patiēter toleras illata mala ꝯ te deiceps sine mēsura cumulātur. Patiētia rñdet. Quāta passus ē p te xp̄s ob proba: vbera: irrisiōes: sputa: spineā coronam ⁊ crucē: ⁊ tu miser vnū vbū nō sustines. Gula dic Ad esū de⁹ oia creauit. Abstinētia rñdet. De⁹ q̄dē creauit oia vsui ne fame morerer hō. ſz ne comedēdo mēsura excederet abstinētia tpauit. Invidia dic. Multa vales q̄ ille nō valet: nō ḡ tibi aut supioz aut eḡlis ille esse debz. Fracta cōcordia rñdet. Si ceteros vtutib⁹ añcellis tuti⁹ te i fimo ꝯfuas. sp eni de alto peior ruina ē. Odiuz dicit. absit vt illū ames quē in oīb⁹ ꝯriū habes. Dilectio rñdet. ꝑt̄ b nō ē odiēda dei imago i homine ſz natura diligēda. Detractio dic. qs pōt silētio tegere ḡnta ille p̄ua ꝯmittit. nisi forte q̄ ꝯsentit. Libras iuste increpatiōis rñdet q̄ charitate fracta i faciē prim⁹ ē redarguēd⁹ ⁊ detractio caueda. Accidie torpor dicit. Si opib⁹ bonis ⁊ lachrymis insistes capitz insanie icurris ⁊ oculos amittes. Exercitiū rñdet. nūquid scis si crastino aut vna hora viuas age ḡ nūc qđ potes ꝑ regno celoz qđ nō tepidi nec desides ſz vim faciētes diripiūt. Hec ⁊ mlta talia dic Aug. vbi sup̄. Et cui⁹ vbis ista breuit inseruisse sufficiat. Quisqs aūt in b bello vult vincere op⁹ est iugi oꝛōne et passiōis xp̄i recordatōe atq; imitatiōe. Nā vt ait Hre. Si passio xp̄i ad memoriā reuocet nil tam duz qđ nō equo animo toleret. Pro exēplo accipe i viraspatz. ⁊ ad ꝓpositū vitā bti Georgij q̄ vtutū oīm opib⁹ clar⁹ mori ꝑ xp̄o bellādo ꝯ vicia non F Circa scōm p̄ncipale de saga/ (recusauit ci modo certādi i bello spūali accipiam⁹ ꝑ documēto ex vbis Aug. hāc ꝯclonē q̄ ḡnto hostz astutius vigilat vt noceat: tāto xp̄ian⁹ circūspect⁹ et sagaci⁹ vigilet vt vincat. Et ibidē tāgit Aug. rōez: qz multis modis hostz nos circūuenit. aliqñ securos faciēdo ās cupit esse captiuos vt icautos p̄cipiter. aliqñ aūt nō vigilantib⁹ circa se repente obrepit. Aliqñ inermes p̄uenit ⁊ oppīmit. ⁊ variis modis vulnerat eos ās mime circūspectos p spexerit. B Nic ḡ q̄rit. qli sagacitate q̄libet xp̄ianus debeat obseruare se ad pugnā belli spūalis ne succūbat ⁊ eternal'r pcat. Ad b rñdet q̄ sagaciter debz attēdere ⁊ obseruare ḡttuor potissimas cautelas.

Prima dicit p̄munitionis
Scōa dicit discretionis
Tercia dicit cite obuiatōnis
Quarta dicit fortis reluctatōnis

Pria cautela p̄munitōis ōr. vicz vt se anteq̄z aduenīat pugne tps armis debitis p̄muniat ⁊ pcipue ex ea pte q̄ magz impugnat. Sic em̄ stulte essz miles i bello q̄ añ pugnam nō vult arma sumere ſz tūc cū iā vulnerat⁹ est. Sic spūal'r stulte agūt q̄ tardāt armari aduersus diabolū. puta qñ iā p malas cogitatōes ⁊ delectatōnes morosas vulnerati sunt i corde. Un Ecci. ij. Fili accedēs ad seruitutē dei sta i timore dñi ⁊ pp̄a aniam tuā ad tēptatiōnē. Hinc ⁊ Mat. xxiiij. Illō autē scitote qm̄ si sciret pr̄familias q̄ hora fur vēniret vigilaret vtiqz ⁊c. Premuni ḡ te o hō p forte ꝓpositū ⁊ indue armaturā dei: b ē iusticie opa bona ⁊ vtutū ex ea pte q̄ magis ipugnaris. puta si pnus es ad auariciā exerce te ad eleōsynaz pietatē. si iracūd⁹ es ad patiētiā. Un Bern. Optz tibi o hō facere vim ꝯ vim. ꝯsuetudinē ꝯ ꝯsuetudinē affectū ꝯ affectū. clau⁹ em̄ clauo obtūdit. ⁊ ꝯsuetudo ꝯsuetudie vincit. C Scōa cautela discretionis. vt. s. onerosa arma discrete p viribus suscipiat. Sic em̄ stultus foret miles q̄ adeo se armis oneraret vt illoz pōderositate deiceret. Sic spiritualit̄ stulte pugnāt q̄ indiscreti castigatōib⁹ iniunctioz ⁊ asperitatū votoz se onerāt. Destructo em̄ capite postea nec modicū facere poterūt. vñ apl's Ro. xij. Obsecro vos frēs p mīcordiā dei

vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem
sctām deo placentē:rōnabile sit obseq. ve. Bern.
Discretio mr̄ est oīm vtutū.tolle hāc et vtus vi/
cīū erit.mortificāda est caro:nō occidēda. Ter
cia cautela cite obuiatiōis:vt nō admittat hostē
fortificari z inualescere. Un Isid.de sum. Lubri
cus ē inqt serpēs antiquꝰ:z nisi capite teneat sta
tim totꝰ illabit. Jtez Hiero.ōt. Quia ipossibile ē
in animū hoīs nō īcurrere motꝰ delectationuz.
ille laudat:alle pdicat btūs q statim vt cepint in
terficit cogitatꝰ z allidit ad petrā.s.xpm:puulos
suos.i.cū nōdū īcreuerūt. Quarta cautela for
tis reluctatiōs. Sicut em̄ i bello aduersariꝰ vi/
dens debilē suū hostē agere: tāto magis fortifica
tur ꝛ eū. Sic in spūali bello diabolꝰ vidēs tepi/
de agere roborat ꝛ illū.sed vidēs fortē reluctātē
fugit Jac.iiij. Resistite diabolo z fugiet a vobis
Greg. Diabolꝰ cū ei fortē resistit debilē est vt for/
mica. Cū vo eiꝰ suggestio recipit fortis est vt leo.
Ad ꝓpositū btūs miles Georgius fm oēs caute
las prudētissime pugnauit.z sic maximā gl'iam vi
ctorie acqsiuit. Et tu ḡo homo xpiane disce eius
exemplo prudenter cauere zc. O

Circa terciū pncipale de validitate supandi i
bello spūali qrit. Que valēt ad supandū hostes
z pspandū i bello. Rndet q fm scpturas z doc.
dicta qttuor pcipua. Primū est diuini auxilij
ꝛfidēcia z exoratio.qz soliꝰ dei est dare victoriaz
belli. Judith vl. Dns ꝓterēs bella dns est nomē
illi. Un vane ꝛfidūt boues qdā in armis vel eqs
nisi p̄ponāt ꝛfidēciā i do solo. Prouer.xxj. Equs
parat ad diē belli:dns aūt salutē tribuet.z Ps.
Nō in fortitudie eq volūtarē hēbit neqz in tib.vi.
bn̄.zc.sz bn̄placitū ē dño sup ti.e.z i eis q spe.su.
mia eiꝰ. Jtē vane cōfidūt alij i exercitꝰ mltitudie
qz scribit.j.Mach.iij. Nō in multitudie exercitꝰ
victoria belli:sed de celo fortitudo ē. Oeniqz va/
ne z piculose cōfidūt alij in ꝓpꝛis viribꝫ militā/
ribꝫ z pliādi artibꝫ.sed potissime in deo est ponē/
da spes i talibꝫ. qm̄ vt Judith.vj.scribit. nō de/
relinqt dns p̄sumētes de deo.de se aūt z sua vtu
te gl'iantes hūiliat. Ad illd mlta sūt exēpla scptu
re q dimitto. Scōm ē militū aniatio.z ideo in
bellis solent fieri exhortatiōes ad pugnā vt ani/
menť. Un.ij. Mach.viij.legit.q iudas in exerci
tu ꝛ nichano. admonuit suos de auxilijs dei q
facta ē apd parētes: z q sub sennacherib.clxxxv.
milia deꝰ ꝓstrauit.et silia plura dixit vt anima/
renť pugre p salute sua z fratrū zc.z sequit.hijs
vbis ꝛstātes effecti sunt z mori pati vicerunt.
Terciuz ē exēpli ꝓuocatio dū.s.videt regē ipm
et belli duces ac pncipes fortē cozā se dimican/
tes. Bern. Fidelis miles vulnera sua nō sentit dū
intuet sui ducis vel regis vulnera. Quartū est lu/
cri spes z ꝛsideratio.qz fm Hiero.pericula belli
spes lucri cōpēsat. Ad ꝓpositum In bello
spūali ꝛsiderbec qttuor adeo nos ꝛfortant vt vin
vinci possim⁹.q etiā btm̄ Georgiū ad gl'iose vin
cendū fortificarūt. Primū diuinū auxiliū sine
q nil pōt hō facere Job.xv. Sz cū illo oia hō pōt
Un Phil.iiij. Oia possum inqt in eo q me ꝛfor
tat. Et ps. Dns mihi adiutor et ego despiciā ini/
micos meos.deꝰ ḡ est orādus. Un legimꝰ ō btō
Georgio q aggressus draconē sigꝫ crucis se muni
uit z deū orauit.sic z in passiōe zc. Scōm ani/
matio.s.ex verbis sacre scpture et fidei. Unde.ij.
Thim̄.ij.apls ōt. Tu ḡ fili ꝛfortare in gra q est
in xpo iesu.z q audisti a me.s.de fide:p mlt̄os te/
stes.i. ꝓphetas z legē z agiographa.hec cōmēda
inqt fidelibꝫ oībꝫ:labora sicut bonꝰ miles xpi zc.
Nā z btūs Georgiꝰ fide z sacra scptura ac vbis
xpi cōfortatꝰ fortissime sustinuit passiōes z vicit
Tercīū est ꝓuocatio exēpli xpi iesu regis nr̄i.j.
Pet.ij. Christꝰ passus ē p nob vob relinqns exē/
plū vt seq̄mini vestigia eiꝰ q petm̄ nō fecit. Et de
niqz exēpla oīm sctōz apl'oz.martyrū.cōfessoz.
virginūq fortē restiterunt.z ꝓcipue btūs Geor
gius. Quartū est lucri.i.pmij celestis cōsidera/
tio. Apoc.iij. Qui vicerit.s.mūdū:carnē:z diabo
lū:dabo ei sedere mecuz(ait xps) in throno meo
sicut z ego vici z sedi cū patre meo in throno eiꝰ.
O ḡ homuncio.o xpiana ania disce exēplo beati
Georgij vincere hostes tuos vt merearis coronā
regni celestis cū ipso in ꝑpetuum Amen.

De sancto Marco euāgelista Sermo cum
Legenda.

Justus quasi leo cōfi
dēs absqz terroze erit. Prouer.xxviij.
et ad laudē huius festiuitatis. A
Quāuis hec vba sint scripta general'r de qcūqz
iusto:tū pcipue possumꝰ ea adaptare scto mar/
co.tū qz ipe fuit iustꝰ:imo serissimꝰ xpi Jesu euā
gelista.tū qz ipse inē euāgelistas figuratꝰ est p le
onē.iuxta illud Ezech.j. Facies leonis a dextris
ipsoz qttuor.vt patet p Grego.z ecclesiā. Cū de
niqz qz ꝓphetates aniosi leonis in ipo optīe repi
unť.vt vicz tante pfectōis fuerit q sicut de leone
scribit Prouer.xxx. Leo inqt fortissimꝰ bestiarū
ad nullī pauebit occursum. Dicit em̄ Plinius
q qñ leonē venatores insequunť:nō latitat nec
se abscōdit sed sedet in campis vbi videri possit
Cū vo virgultū siluasqz itrauerit acerrimo ferť
cursu:reputās turpitudinē abscōsionez. Nō em̄
se abscondit eoq timeat sed q non timeat. Sic
btūs Marcus de nullo petō habet timere ve/
natores.i.demones. sed potius gl'iosis vtutibꝫ
clarꝰ manifestabit in iudicio vbi erit absqz ₹roze
sententie cuz alijs apl'is iudicantibꝫ duodecim
tribꝫ israel zc. Mat.xvj. Couenienť ergo de ipo
dicunť verba p̄missa themat.s. Justus id est be
atus Marcus q̄si leo zc. Nimirū cōsimilit Da
uid in psalmo ꝓphetauit de iusto di. In memo/
ria eterna erit iustus:ab auditione mala.i.male
dictōis sententie in iudicio:nō timebit. In vbis

De sancto Marco euangelista

itaq; thematis btūs Marc⁹ cōmēdat de trib⁹.
¶ Prio de exēplari sctimonia z leonis assimila
¶ Secundo de salutari cōfidentia. qz (tione.
dicit: q̄si leo cōfidens absq; terrore.
¶ Tercio de speciali excellētia. Leo em̄ grece rex dicit latine. Et ideo in b̄ q̄ ipse figurat in leone dignitatis excellentia significat.
¶ B Circa p̄mū de exēplaritate sctitat⁹ vel salut⁹ i leone q̄rit. Utq; electoꝝ et saluādoꝝ sctitas cōuenienter p leonē significat. Et rō q̄stiōis est. qa vt Dionysi⁹ de diui. no. ca. vj. dic. leo est aial animosū z supbū necnō seuissimū: q̄ cū pdiderit nequ leo erit. ppt̄ qō z diabolus p leonē ꝓuenienter significat in scp̄tura. j. Pet. vl. Sobrij estote z vigilate qz aduersari⁹ vr̄ diabol⁹ tanq; leo rugiēs circuit q̄rēs quē ꝺuo. cui resi. foz. i fi. Quō g̃ ipo sctitas vel salut⁹ stat⁹ designat: vt patet i thema te z i figura btī Marci Ezech. j. Ad hec respōdet Greg. moral. li. v. dicēs sic. Quia naꝑa vniuscuiusq; rei ex diuersitate cōponit. iō in sacro eloq̄o p rē quālibet diuersa figurant. Habet q̄ppe leo vtutē: habet seuitiā. virtute g̃ deū z xp̄m: seuitia aūt diabolū sig̃t. Nec Gre. Uñ sic̄ ipse de⁹ z dñs nr̄ ies⁹ p leonis vtutē significari valet. ita z electi xp̄i scti significant ꝓuenienter fm eius ꝓprietates. ¶ Aduertēdū aūt q̄ inē ceteras mlras ppetates potissime sunt septē leonis ꝓditiones vtuose fm alphabetū p q̄b nr̄e salut⁹ z sanctitat⁹ regule cōuenienter in leone significant.
¶ Prima ꝓprietas: ambulādo rectū ordinē ser⁹
¶ Scḋa benignitatē boib⁹ z alīs pstra (uare
¶ Tercia cauda se pcutere et vestigia venatoꝝ⁹
¶ Quarta docilem alterius exē (bus tegere.
plo et timidum se p̄bere
¶ Quita euigiles sp oc̄los z cor calidissimū hr̄e
¶ Sexta febrilē suā infirmitatē recog̃scere et sa⁹
¶ Septima genitos catu⁹ (nitatē desiderare.
los mortuos rugitu triduano suscitare.
¶ L Prima itaq; ꝓpetas leonis ē ambulādo rectū sp ordinē seruare. Nā Arest. li. de aialib⁹. et Plini⁹. li. ij. naꝑaliū di. q̄ leo i ambulādo vl' cūdo sp p̄mo mouet et p̄ponit dextr̄ pedē sinistro. et pes sinister nō ptrāsit dextrū. In b̄ significat p̄ma regl'a salut⁹ z scitat⁹: intentionē vicz rectā sp ad celestia bona hr̄e. Nā p dextrū celestia bona et diuinalia. p sinistrū aūt tpalia significant. iuxta illud Bede sup Lu. ca. iij. Ad sinistrā sunt q̄ vite pñt⁹ necessitati iseruiūt. q̄ vo⁹ca q̄ ad spūalē vitā ptinent tractāt: q̄si dextra ps corp̄is xp̄i sunt. sic̄ scptū ē. s. Prouer. iij. Lōgitudo diex i dextra ei⁹ z in sinistra ei⁹ diuitie et gl'ia. hec Beda. Uñ hāc regulā salut⁹ si volum⁹ saluari teneam⁹ q̄. s. spūalia z celestia tpalib⁹ p̄ponam⁹ z pdiligam⁹ more boni leonis scī Marci. Uñ dist. xlvij. c. Bonoꝝ. Greg. ait. Bonoꝝ autori iherere aliq̄ ñ valem⁹ nisi cupiditatez terrenoꝝ q̄ oīm maloꝝ radix est a nob abscindam⁹. Idē in omel'. Ille inq̄t ad celeste cōuiuiū nō accedit q̄ vehemēt⁹ tpalia q̄z supna diligit. ¶ Scḋa ꝓpetas est benignitatē exhibere: p̄cipue boib⁹ z pstrat⁹ q̄busuis. Dicit em̄ Isi. exhim̄. li. xj. z cōcor. Plini⁹ q̄ leo boi non irascit nisi lesus: nec nisi fame magē occidit vl' comedit. z marie mlieres z puulos nō ledit. pstratis aūt oib⁹ etiā canib⁹ pcut latrātib⁹ ꝫ illū. qō vidi ego oculi. Deniq; erga homīes tāta tenet benignitate vt captiuos obuios repatriare p̄mittat z ab insecutoribꝫ protegat vt patet p Hiero. de Malcho monacho. In b̄ autē docet scḋa regl'a salut⁹ z scitat⁹ vt scz. p̄rios diligam⁹ et mlcōdiaz eisdē etiā inimicos ac cūctos benignitatē exhibeam⁹ Mat. v. Bti misericordes q̄m ipi. ꝓse. ¶ Tercia ꝓprietas leonis est cauda se pcutere et vestigia venatoꝝ⁹ cauda tegere. Naz Dion⁹. hierar. anc. v. z Isi. ac Plini⁹ vbi s. dicūt. z ꝓcor. phus. ac Amb. in exameꝝ Leo cū a venatoꝝ⁹ q̄rit odorē eoꝝ sentit. sua vestigia duz fugat cauda tegit delēdo vt incessus ei⁹ occulteť z nō iueniat. Cauda etiā se pcutit z flagellat vt audacē reddat. In q̄ notat tercia regula salut⁹. Quid em̄ p caudaz q̄ est finalis ps corp̄is intelligit nisi mort⁹ z nouissimoꝝ ꝓsideratio. hanc p regula salut⁹ notat scp̄tura. s. nouissima ꝓsiderare Eccl. vij. Fili memorare nouissima tua z in eternū nō peccabis. et Deut. xxxij. Utinā sapent z intelligerēt z nouissima. Nec cauda est spūalis q̄ bō debet vestigia operū maloꝝ occ̄tare demonib⁹ tanq; venatoꝝ⁹ delendo p verā pniam. Ps. Bti q̄ꝝ remisse sūt iniq̄tates z q̄ꝝ tecta sunt pcā. Hac etiā cauda debet se bō spūaliť pcutere z castigare sollicitando in bono ope. qz dicēte Grego. Valde se bō sollicitat in bono ope q̄ sepe recogitat de extremo fine Nec ille. ¶ Quarta ꝓpetas est docilē alteri⁹ exēplo z timidū se p̄bere. Nam fm p̄scptos doc. leonis ferocitas arte sedat vt se docilem z timidū exhibeat. qz leo timet q̄ttuoz hec. s. accēsuz ignē. strepitū rotaꝝ. et gallū: maxie albuz. timet etiā q̄n videt coꝛā se verberari catulū. cui⁹ exēplo se debere timere boiem credit quē in canis coercione videt potēt̄. Et in b̄ significat q̄rta regula salut⁹. vicz sūme timere pcā z hostiū spūaliū piacula z dociles nos exhibere ad vtutes ꝫrias. qz sicut scribit Apoc. penul. Nil coinq̄natuz intrabit in illō. s. regnū celoꝝ. Debem⁹ aūt ptimescere spūaliter ignē. s. male ꝓcupiscētie. de q̄ Ps. supcecidit ignis z nō viderūt solē. i. xp̄m. Iste timere debemus strepitū rotaꝝ. i. terribile dei iudiciuz vbi erit terribilis strepit⁹ tube z archāgeloꝝ citatiū. Iste gallū albū. i. pspicates mūdi. min⁹ autē gallū nigꝝ. i. aduersitates mūdi. qz diabol⁹ magis z plures decipit p pspa q̄ꝫ p aduersa. iuxta illud ps. Cadent a latere tuo mille sed decē milia a dextris. s. psperitat⁹. Deniq; debem⁹ timere catulum vberatum. i. diabolum ad tartarea torm̄ta iudicatum. quia scz si eis deus non peperc̄it sed in baratrum detrusit. quid nobis faciet

si in pctō pseueramus. vt scribit. ij. Pe. ij. ipe durius dānabit. ¶ Quinta ꝓprietas est: euigiles sp oculos z cor calidissimū hr̄e. vt ei Ambro. z alij sup̄ dicūt. leo etiā cum dormit vigilat oculꝰ ne a scorpione vel serpēte veneno eragitet z occidat. z cor gerit sp calidissimū. z iō est aial audacissimū In q̄ significat q̄nta regla salut̄. s. feruēter deus diligere z vigilare sp sup nostrā custodiaz a pec/cat̄ z Matth. xxij. Diliges dn̄m deū tuum ex toto cor. tē. z Mar. iij. oib⁹ dico vigilate. ¶ Sexta leonis ꝓprietas est febrilē suā infirmitatē recogīsce/re z sanitatē optare. qz sm doc. pdictos leo cum sit magnanim⁹: suā tm̄ infirmitatē cert̄ horis ru/giendo recogīscit et sic fateri nō erubescit. Tāte ei caliditatis est q sp febres q̄rtanas patit. z cū nimis egrotat: simeā deuorat z sanat. vt ōt Amb. in exameꝝ. In q̄ notat sexta regla salut̄. vicz de fect⁹ nr̄os recogīscere hūiliter q̄z ꝑfiteri. z remedia p pnie et vtutū opa pleno desiderio q̄rere. Bet. Iuitiū salut̄ ē recognitio suiꝑ si⁹. Itē Aug⁹. sup illud Mat. Nō ē op⁹ valētib⁹ medico: tāgit vnā regl̄az generalē di. Nemo a bo fit firm⁹ nisi q̄ se a seipso sentit infirmū. qz ois q̄ se hūiliat exal. tē. ¶ Septia ꝓprietas est: genitos catulos mortu/os suscitare. Nā Raban⁹ sup Gen. ait. q phi de cat̄o leōis scribūt q cū nat⁹ fuerit trib⁹ dieb⁹ et trib⁹ noctib⁹ dormit. tūc demde pr̄is rugitu excitat̄. Hec ille. In q̄ notat̄ septima regula salut̄. s. q in hac vita in q̄ media vita in morte sumus: nō desistam⁹ vsq̄ ad finē ꝓ vita futura et gl̄ia re surrectiōis pseuerare in clamore oronis ad deū et acqsitōis gr̄e z gl̄ie. iurta illō saluator̄. Opor tet sp orare z nunq̄ deficere Lu. xviij. Et iterum Qui pseuerauerit vsq̄ i finē hic salu⁹ erit Mat. x. Ad ꝓpositū bn̄s Marc⁹ hec oia fideliē seruauit. merito q̄ leoni cōpar⁹ est. Sed z ꝓ euāgelico officio ꝓ leonē figurat. vt dicem⁹ infra articl'o. iij. O q̄ charissimi imitemur ip̄m in p̄dict̄ sctitatis regul' obseruādis vt cū eo regn̄e possim⁹ in celis obtinēde. s. i hora mort̄ z iudicij diuini. Erq̄ ho die celebrat̄ letania maior quam celebrari sctūs Gregor⁹ papa rome instituit p̄mū ꝓpt̄ pestem. Ut em̄ dicit Paul⁹ historiogꝑhus Romani p/pter pctā incōtinētie in q̄dragesima. z idigne cō/munionis in pasca: peste inguinaria a deo sunt ꝓcussi tā seua q̄ in via: in colloquijs: in mēsa: vl' in ludis subitanee morerent m̄ri. Et ad solā cō/suetā oscitatiōez vl' sternutationē. z ꝓtūc ceperūt cruce se signare z dicere: salus. vl': adiuuet deus. q̄ vsq̄ hodie solitū est. Contra q̄ hāc pestē ordiauit bn̄s Gregor⁹ ꝓcessionē hodiernā z letaniā que inter p̄tat̄ rogatio vel supplicatio. Indeq̄ in orbē trāslata ē. Et ōr maior letania q̄ sp celebrat̄ in die scti Marci: ad differentiā alterius letanie minoris. s. q̄ fit ante ascensionē dn̄i quā instituit Mamert⁹ epūs vienne. Et celebrant̄ iste letanie vt xp̄iani mūdati p confessionē z eucharistiam ad vomitū pctōz nō redeāt: ne puniant̄ sicut olim romani morte subitanea a q̄ timendū est. ¶ Quius q̄ gr̄a q̄stio ꝓ hoc sermone occurrit talis Qualit̄ hō possit habere fiduciam in iudicio mort̄. vt sez q̄litercūq̄z subitanee z improuise mortē incurrat: nihilomin⁹ de salute spes habeat. et cōfidentia secura de euasiōe dānatiōis eterne in diuio iudicio teneat̄. Ad h̄ rn̄det sm doct. notare possum⁹ septez p̄cipua remedia: q̄ tuor essentialia. s. necessaria z infallibilia. tria accidētalia. ¶ Primū est accelerare ꝓtritionē q̄tidie dū contingit peccare. Eccl. xxj. Fili peccasti ne adijcias iterꝝ: sed de p̄teritis depcare vt tibi dimittant̄: q̄si a facie colubri fuge pctā. s. celeriter. Binc z Hieronym⁹ ad Rusticū monachū de pe. dist. iij. §. q aūt ꝓ pniam. dicit sic. Septies in die cadit iustus z resurgit. Si cadit quō iust⁹. si iustus quō cadit. Sed iusti vocabulū nō amittit q̄ ꝓ pnia sp resurgit. Et nō solū septies sed etiā septuagies septies delinq̄nti si cōuertat̄ ad pniam pctā donant̄. Nec ibi. Et sic patet ꝓmū. ¶ Scōm remedium cor̄eq̄sitū est bona volūtatē in cauēdo a pec/cat̄ firmā assumere. ¶ Tercium est ꝓfitēdi intētionē vel ꝓpositū hr̄e. Un̄ vt docet cācellari⁹ parisi/ens. Qui vult esse tut⁹ a subitanea et improuisa morte q̄libet sero anteq̄z dormiat istas tres ꝓpositiones in smia ex corde dicat. Prima Misericordissime deus sic z sic peccaui ō te: de q̄b⁹ pctis ex corde doleo q̄ te amabilē patrē offendi. Secunda. Dne de⁹ ꝓpono firmit̄ q̄ntū valeo cū tua gr̄a de cetero a talib⁹ z ab oib⁹ mortalib⁹ pctis abstinere. Tercia. Intendo etiā cōfiteri z pniam accepture q̄n ex ecclesie z dei mandato teneor ad ista. Quādo em̄ ꝑfata tria ꝓcedūt ex corde vero tūc fiducia salutis habeat̄: etiā si statim hō ille moreret̄. Ezech. xviij. Quacūq̄z hora ingemuer. tē.

Quartū est debite viuere. s. obseruādo p̄cepta et crebro ꝓfitendo. z a peccatis cauēdo quaten⁹ semp̄ parat⁹ ad mortē inueniat̄ Lu. xij. Estote parati quia q̄ hora nō pu. filij⁹ homis ve. Sap. iiij. Justus si morte preoccupat⁹ fuerit in refrigerio erit. Piero. in testamēto. In veritate cōperi et coram deo fateor q̄ nunq̄z est malus finis ei q̄ sp bene virit. et ex centum milib⁹ vix vnus finē bonū habebit q̄ male semp̄ virit. ¶ Quintū est eligere sanctos approbatos ꝓ patrocinio et obsequiose exorare. s. q̄tinus suis meritis impetrent vt nō subito aut improuise sed sacramēt̄ muniti⁹ homo moriat̄. Nam nostris tp̄ibus reperimus multos sic facientes exauditos miraculo/sequi etiam in peccat̄ virerunt. Sed ex hoc non est tenendū q̄ infallibilit̄ quis q̄litercūq̄z viuendo: si talia faciat exaudiat̄ vt bene moriat̄: q̄m regula generalis est. q̄ qui male viuit male finit. Tamē pie sperari potest exauditio ab eo qui cre bra ac spūalia obsequia aliq̄bus p̄uilegiatis sanctis porrigit. Contulit em̄ deus specialibus sanct̄ specialia p̄uilegia patrocinādi homib⁹.

De sancto Marco euangelista

sicut sancto Anthonio cōtra ignis incendiuz: vt determinat sctūs Tho. in. iiij di. xlv. Sic et pro mortis hora sctis Jobi: Sebastiano: Jacobo: Frācisco: Katherine Dorothee. barbare z plibz ta libz. Marie aūt brē vgini Marie fm qđ eccl'ia canit. Maria mr gre mr miscdie tu nos ab hoste ptege: i hora mortis suscipe. ¶ Sextū ē festuz hodiernū feriare deuote cū pcessiōe z ieiunio solito fm aliās. Nā vt patuit ꝑpē hāc mortē. ſ. subitaneā cauēdā īstituta ē hec letania ꝑ dies. Deuote ḡ hodie iuoca oēs sctōs vt te custodiāt ānuatiz ¶ Septimū ē remediū gl'ioso titulo crucis xpi et signaculo munire. z b sero cū te ponis ad dormiēdū z mane cū surgis. dicēdo. Jesu nazarene rex iudeoz miſere mei. Ūñ Vincē. i spe. bist. p. iiij. li. xxxij. q xps appuit. ſ. eadmūdo cātuariēñ. ēpo z inē alia dixit. q q̄s hac scptura. ſ. Jesꝰ nazarē se mūierit singul' noctib' ꝫ mortē subitaneā valebit. Ad idē z Discipul' i pmptuario refert q̄ndā pctōrē sic faciētē a morte subitanea miracl'ose restitutū vite vt saluaret̄ tē. O ḡ hō aduerte exemꝑla scrōz ꝓcipue brī Marci z disce sic viuere vt nō timeas in morte tē. ¶

¶ Circa terciū pncipale de excellēcia brī Marci sit p ꝓcl'one q btūs Marcꝰ ꝓbat inē sanctos dignissimꝰ. Et b ꝓcipue septē ꝓuilegijs ordine alphabeti. ¶ Primū ōr assimilatōis. Naz inē euāgelistas voluit spūssctūs ipm pfigurādo assimilari leōi. Eze. j. Et b ꝑ testionio dñi nr̄i iesu xpi. Pro q notādū q de xpo dño q̄ttuor erāt ꝓcipua ab oib' hoib' i mūdo credēda. ſ. vera humanitas. vera deitas. va passio. vera resurrectio ꝑpē qđ q̄ttuor euangelistas hr̄e voluit vt q̄ttuor euāgelica instrumēta ꝓponerēt. Et istis testibus q̄ttuor oēs hoies crederēt: q'b' vicz instrumētis z testib' certi redderemur de nr̄a salute. ſz qr testimoniū ferr̄ aliq̄n de visu: aliq̄n de auditu. Jō fm Aug. xps voluit hr̄e duos testes de visu. scz Mattheū z Johez. z duos de auditu. ſ. Lucaz z Marcū. Ūñ testis de va būanitate xpi fuit matheus q genealogiā xpi texuit. z iō i figura hoīs significat̄. Testꝫ aūt de diuitate xpi Johes fuit. z ideo i specie aq̄le q̄ solē limpide aspicit figurat̄. Testis vo de passiōe fuit Lucas exꝑsſi' scribendo. ꝑcea i figura vituli q deo sacrificabat̄ ē figurat'. Deniq testꝫ de resurrectōe fuit Marcꝰ q ō ea aptꝰ agit. Nā z i die resurrectōis eꝰ euāgeliū toti mūdo recitat̄. z ideo i leone figurat̄ q rugitu die tercio catulos suscitat: vt supꝫ patuit. ¶ Secundū ꝓuilegiū ōr baptisatōis: qr a sūmo pōtifice petro est baptisatꝰ fm Piero. ¶ Legēda

¶ Cū em̄ esset leuites genere z sacerdos: factus est Petri apli i baptismate filiꝰ atq i diuio fmone discipul'. z cū ipo vsq romā est ꝓfectꝰ tā q̄z filius ꝓfez secut'. Hoc aūt est magne gl'ie magꝫ q̄z filiū fore regꝫ terreni cū Petrꝰ fuerit xpi vicariꝰ. ¶ Terciū ꝓuilegiū ꝓscriptōis. ſ. euāgelij. Nā āno dñi. xl. rogatꝰ a fratrib' rome scꝑsit euāgelium greco fmōe fm Piero. put ab ore petri ꝑdicātis audierat z a xpo p inspiratiōez accepat qđ petrꝰ examinādo approbauit. Uidēs q̄z Petrꝰ marcū ꝑstātē in fide ipm aq̄legiā destituit. vbi vbū dei ꝑdicādo inūerabilē multitudinē ꝓuertit ad xpm z ēpm illis Ermacoram ordinauit. q fideliē regēs ecclesiā tādē martyrio ē coronatꝰ. Jbiq Marcus scꝑsit illis idē euāgeliū i latina lingua. qr primū i greca scptū rome reliq̄rat ¶ Quartū ꝓuilegium dignificatōis: qr multiplici dignitate refulsit Primo pr̄iarchali. qr btūs Petrꝰ ipm i Alexandria misit z pr̄iarchā ibi illū ꝑfecit fm Piero. vbi multos ad fidē ꝓuertit. Hāc aūt dignitatē nō ambiuit ſz ex corde fugit z tuitꝰ obediuit. vñ pollicē sibi ap̄putauit vt sacerdotio reprobi haberet̄. ſz rame dispositio dei z Petri auctas ꝓualuit q̄ secū dispēsauit z ꝓsidere coegit. Scdo fulsit dignitate ꝓphetali. Mox eni vt Alexādria est ingressus subito sandalia eꝰ rupta fuit z soluta p qđ spiritu ꝓphetico ꝓuidit z intellexit suū corꝑ passiōe crudelē inibi lacerādū. Uidēs aūt quēdā vetera ꝓsuentē tradidit ea illi. q cū reparet sinistrā manū gutt̄ vulnerauit z exclamauit dicēs. vn' deꝰ. Quo audito vir dei spū ꝓphetico ait. Uere prospex fecit deꝰ iter meū. Factoq luto ex sputo manū illiꝰ vnxit z mox sanauit. Qđ ille bō videns i domū suā introduxit. Qui dñz iesū marcꝰ euāgelizauit z illū cū tota domo sua baptizauit. Cūq ꝓuidisset ꝓpriū suū martyriū antea istū noie aut anū ēpm ordinauit. Tercio fulsit dignitate euāgeliste z q̄rto dignitate martyrij de q̄b' in seq̄ntibus dicem'. ¶ Quitū ꝓuilegiū euāgelice ꝑdicatōis. Unde Piero. in q̄dā glo. supꝫ Mar. dicit sic Marcꝰ euāgelista dei electꝰ z discipul' petri seminat post matheū. b ideo qr abbreuiauit euangeliū mathei ꝓscribēdū. Subdit. fremit vt leo. ſ. ꝑtōres obstinatos. volat vt aq̄la. ſ. a ꝓplari onē celestiū. discit vt bō. ſ. a petro euāgelicā sapiētiā. Immolat vt sacerdos: xpm passum oñēdo z imitādo vsq ad mortꝫ passiōez. Irrigat vt flumen z florescit vt ager. ſ. fructificādo. qr vt Petrus damiañ. dic. Jātā ei gr̄am deꝰ apd alexādriā ꝓgauit vt oēs q tūc ad fidei rudimēta cōfugerēt mor ad ꝓtinētiā ac totꝰ monastice pfectōis fastigiū ꝓuolarēt ¶ Sextū ꝓuilegiū felicissime coronatōis. Ussecutꝰ est em̄ aurea z triplicē aureolā. ſ. vgitatis. Credit em̄ vgo a deo fore electꝰ. vñ z castimoniā docuit. Jte ꝑdicatōis coronā: qr innumerabilē ppl'm aq̄legie z alexādrie sua ꝑdicatōe ꝓuertit ad xpm iesū. Deniq martyrij coronā. Nā dū i solēnitate paschali missā marcus celebraret ꝓuenerūt ꝫ illū ifideles. z funē in collo eꝰ misso traxerunt p ciuitatē tā crudeliē vt carnes eꝰ lacerate fluerēt in terra z sanguie lapides rigarent. Et tādem in carcere ē recludit vbi cōsolatus est ꝑmo p angelum dei apparentem et dicentē. Ecce nomen tuū in libro vite scriptū est. Secūdo per dominū iesum q illum visitauit et

cõfortauit dñs. Pax tibi Marce euãgelista meus: ne timeas qz ego tecũ sum. Sequenti aũt die duz iterato huc illuccz traheret dixit. In manꝰ tuas dñe cõmendo spm̃ meũ. q̃ dicto spm̃ reddidit. et sic gl'ioso martyrio 2sũmauit zc̃. Septimũ p̃ uilegiũ gratiose suffragatiõis. Nã eiꝰ suffragijs obtinemꝰ p̃mo tpalia bona. qz legit qꝫ cũ totam apuliã sterilitas inuasisset nec terrã pluuia irrigaret: reuelatuz est qꝫ hoc ideo acciderit: qz beati marci festum nõ colebãt. Dũ g̃ p̃misissent se celebraturos z btm̃ Marcũ inuocassent: sterilitas abijt z abũdãtia magna cũ pluuia cõgruẽti aduenit. Scõo obtinere valemꝰ corpalia. qa legit qꝫ miles q̃daz in p̃lio sic vulneratꝰ in brachio vt depẽderet z p̃cidendũ medici cõsulerẽt. ille beati Marci inuocauit suffragia et manꝰ cõtinuo fuit p̃stine sanitati restituta. Tercio spũalia. qz dũ q̃dam saraceni cũ q̃busdã venetis naufragio pissent in mari: vnꝰ saracenoz btm̃ Marcũ inuocauit: p̃mittẽs eius limina visitatuz z sacz baptisma se susceptuz si ei p̃beret auxiliũ. Mox illi btũs marcꝰ splẽdidus apparuit. z de fluctib eripiens in scaphã collocauit in q̃ q̃dã veneti mercatores erãt ab illo piculo naufragij saluati. qui saracenꝰ tandẽ qõ vouerat nõ impleuit. cui denuo marcꝰ apparuit z increpauit. Ille g̃ cõpunctus Venetias vbi iacet corpꝰ btĩ Marci trãslatũ aduenit z baptisma ibidẽ suscepit z marcꝰ est appellatꝰ: q̃ in xp̃m p̃fecte credẽs in bonis op̃ib vitã finiuit. Quarto obtinere valemus celestia. Nã anno dñi millesimo ducentesimo q̃dragesimo p̃mo apd̃ Papiã in 2uentu fratz p̃dicatoz frat Julianꝰ noie iuuenis in extremis laborãs exhilaratꝰ facie cepit clamare. Date locũ fratres qz p̃ nimia leticia statim aia extra corpꝰ exiliet. int̃ hec leui somno obdormiens vidit btm̃ marcũ ad se venisse z iuxta lecturuz stare. Et ecce vox ad eũ. Quid hic agis o Marce. Et ille. Ad istuz morientẽ accessi: qz deo eiꝰ misteriũ est acceptuz. Et iterum vox ad eũ. Cur int̃ ceteros scõs tu venisti p̃cipue. Rñdit. qz specialẽ in me deuotõez habuit z corpꝰ meũ deuote visitauit. Et ecce q̃dã albati totã domuz repleñ intrauerũt dñi. Venimꝰ vt istiꝰ aiam in cõspectu dñi p̃sentemꝰ. mox ille frater euigilãs: priori que viderat recitauit. et cũ mlto gaudio felicit̃ i dño obdormiuit. O g̃ charissimi inuocemꝰ btm̃ marcũ: veneremur z eius suffragia implorem̃ vt deꝫ nob eiꝰ meritis gr̃a et mores salubres ac gl'ia celestis Amen.

De sanctis apostolis Philippo z Jacobo Sermo p̃mus cum Legenda.

In domo patris mei mansiones mlte sunt Joh. xiiij. z in euangelio hui festiuitatis. Ista verba saluatoris nr̃i intelligi p̃nt de q̃libet domo dei. Naz domꝰ dei est duplex. Prima est militãs. de q̃. j. Thimi. iij. Scias quõ in domo dei te oporteat ambulare. Nec domꝰ ẽ sctã ecclesia catholica: in q̃ deus habitat p̃ fidem z gr̃am Epb. iij. Dico xp̃m habitare p̃ fidẽ in cordib vestris. In hac domo mãsiones multe sunt. i. multi hoies diuersoz meritoz. Alij martyres. alij cõfessores. alij virgines. alij coniugati. alij viduati. alij p̃sbiteri. alij religiosi. Alia est domꝰ dei triũphãs scz celestis p̃tia. de q̃. ij. Corz. v. Habemꝰ domũ non manufactã in celo. Ps. Replebunt ab vbertate domꝰ tue zc̃. Ibi etiã sunt mlte mansiones p̃m diuersitatẽ p̃mioz. j. Chorz. xv. Stella differt a stella i claritate zc̃. sic z resurrectio mortuoz erit. Sed qm̃ isti btĩ apli philippus z iacobus sunt nũc habitantes in domo dei celesti cũ xp̃o iesu Idcirco de ipsis hec vba cõueniẽter dicunt. In q̃b verbis exq̃ isti scti apli cõmendari vident de inhabitatiõe domꝰ celestis Idcirco de hac tria mysteria ex passu huius euãgelij ad honorẽ istoz sanctoz accipiamꝰ p̃ sermone.

¶ Primũ de celestis domꝰ p̃paratiõe. hoc notat in euangelio ipse cũ dicit. Vado vobis parare locum scz domũ patris.

¶ Secundũ de eius varij status mãsione. Unde dicit: mãsiones multe zc̃.

¶ Terciũ mysteriũ de accessus illius ostensione Nã ibidez dixit Thomas. Dñe nescimꝰ q̃ vadis z q. p. viã scire. Rñdit iesus. Ego sum via zc̃.

¶ B Circa p̃mũ de p̃paratiõe domus celestis q̃stio occurrit Utz domꝰ celestis indiguerit aliq̃ p̃paratiõe p̃ xp̃m. Rõ q̃stiõis ẽ. qz ôt Vado vobis parare. Et si abiero z p̃parauero itez veniã z accipiã vos: cum Matth. xxv. dicat. Venite benedicti patris mei: possidete regnuz qõ vobis paratum est ab origine mundi. Nam si paratꝰ est ab origine mundi domus illa celestis patrie. ergo non a tẽpore ascensionis christi in celuz sicut sonãt ista vba. Vado parare zc̃. Ad h̃ rñdẽt p̃cipue tres doctores theologici. Primꝰ doctor ẽ btũs Gregorius q̃ vt habet li. pnosticoz dicit sic. Nõ fecit nos deꝰ vt nos gehẽne tradat ignibz ppetuo regnũ celoz. ꝓpter nos: gehẽna ꝓpter diabolũ facta est. s. p̃ncipaliꝰ. Sequit. Et hoc ita esse ex euãgelijs doceã. Ipse etem̃ dñs dicit his q̃ a dextris sunt. Venite bñdicti p̃ris mei p. reg. qõ vo. pa. ẽ ab o. mõi. Illis aũt q̃ a sinistris sunt dicit. Discedite a me maledicti in ig. et. q̃ paratꝰ est. Nõ dixit vobis. sed diabolo z angelis eiꝰ. Sic g̃ ꝓpter diabolũ gehẽna ignis. z ꝓpter hoiem regnũ celoz a cõstitutiõe mũdi p̃paratũ est. Nec ibi. Quibz verbis magnũ nobis gaudiũ nũciat qꝫ scz deus velit oẽs hoies ad btitudinẽ puenire et neminẽ pire. sicut z apls testat. j. Thimo. ij. Quid est g̃ in causa qꝫ multi damnant cũ diabolo nisi hoim ipsoz malicia. qz nolunt saluari sed volũt pire. O mirabil demẽria pctoz. o insania fatuoz zc̃. Malũt em̃ p̃ petã esse in igne eno q̃s p̃ vtutes in celo. Secũdus doctor est Simõ d̃ Cassia

q̄ hāc q̄stionē ex euāgelio mouet. Et rñdet di. sic Parauit locū in celo pater ab ęrno p̄destinādo filios in hūanitate patiēdo z ipedimētū. s. culpe et pene remouēdo z i celū ascēdēdo. Nā licet essent ab ęrno p̄destinati. s. hoies. tñ btitudinē nō ꝓsequent nisi p gr̄am. s. xp̄i q̄ dat̄ tpalit̄ in p̄senti. sic ḡ indiguit p xp̄m p̄pari. Tercio doctor est Nicolaus de Lyra in postilla di. sic. Si q̄ minꝰ diuisem vob qz vado pare vob locuz. q. d. si in celesti btitudine esset aliq̄d minꝰ z defectuosū dixissem vob qz vado pare vobis locū. Sz nō est necesse q̄ vadā ad p̄pandū qz in deo est bonitas p̄fecta ęrnalis z imutabilit̄ z multiplicit̄ p̄cipabilis a btis. Numerꝰ etiā electoꝝ z ęminꝰ meritoꝝ est eternaliter z imutabilit̄ p̄destinatꝰ. et sic totū paratū est ab ęrno ꝼm illud Matth. xxv. Possidete pa. vo. re. a ꝓsti. m. q̄ aūt subdit. Et si abiero z p̄pa. vo. l. ex hoc nō est intelligēdū q̄ btūdo vl̄ locꝰ ipsi⁹ idigebat aliq̄ p̄patiōe. Sed qz ipsi electi indigēt p̄patiōe ad hoc q̄ possint btūdinē cōsequi. qz licz sint ab ęrno p̄destinati tñ btūdinē nō cōsequent nisi mediāte gr̄a spūsscti. Christꝰ ḡ i gl̄ia celesti nō p̄pauit aliq̄d nouū ascēdēdo. sed p ascēsionē donū spūsscti misit fidelib⁹ p q̄s p̄pant ad ꝓsecutionē btūdinis. et sic itelligit̄ p̄passe locuz btūdis. Subdit. Iterꝝ aūt veniā ad vos z accipiā vos ad meipm. s. i morte q̄ ad btūdinē aie. z in iudicio veniā z accipiā vos ad btūdinē aie simul̄ z corpis. vt vbi ego sum et vos sitis ꝛc̄. Hec Lyra. Simō de Cassia. O ineffabil̄ dilectio: nō cōtent⁹ ꝓsortio angeloꝝ sed hoies intātū pēsauit vt in terrā descēderet z peuntes q̄reret vt in domo paterna secū habitarēt: nobis p̄cipās i humanitate vt secū essemus p̄cipes in diuinitate O iesu bone tibi laus z gr̄aꝝactio. O beati apl̄i Philippe et Jacobe q̄les nūc laudes dicit̄ deo et dño Jesu p tante felicitatis p̄paratiōe. ℒ

℣ Circa secundū principale de varietate mansionū celestiū querit̄ quō in celesti domo vel p̄ria dicant̄ mlte māsiones fore: cū obiectū btūdinis sit vnicū. s. ipe deꝰ. Unū z Matth. xx. Idē denariꝰ diurnꝰ datus oīb⁹ i vinea dñi laboratib⁹ legit̄: q̄ celeste p̄miū designat̄. Rñdet̄ ꝼm doc. q̄ in gl̄ia celesti q̄uis sit idē obiectū btūdinis nullaz diuersitatē bñs in se: b̄ est deꝰ. tñ er pte btoꝝ est diuersitas in p̄cipādo hoc obiectū ꝼm varietatez meritoꝝ. et ideo ibi sunt mlti gdus et distinctiones māsionū. Unus em̄ excedit aliū in btūdine p̄cipue tripliciter.

℣ Primo in essentiali felicitate
Scōo in p̄miali dignitate.
Tercio in accidentali iocunditate.

Primo in essentiali siue dicā diuinali felicitate. qz q̄nto q̄s amplꝰ cognouit hic deū p vitatē fidei: tāto clariꝰ in celo videbit eū. z quāto magis dilexit p amorē. s. abstinēdo a p̄cis z p̄cepta seruādo ac sic gratuite diligeñ. tāto amplꝰ pfruet in celo diuia suauitate. Nā vt volūt doc. sup. iij di. p̄miū essentiale correspōdet radici charitatis et fidei. ḡ ꝛc̄. Queri⁹ ḡ Utr̄ ex hoc q̄ vnꝰ altero minꝰ habet ō diuiali felicitate dāna sentire videatur in btūdine. Ad id rñdet Grego. moral̄. li. xxviij. di. sic. Apud patrē māsiones mlte sunt. q̄a in illa btūdie nō dispari vnusq̄sq; iuxta dispar meritū locū disparē ꝑcipit. sed ciusdē disparitatē dāna nō sentit. qz tantū sibi sufficit q̄ntū ꝑcepit. Hec ille. ℣ Scōo in p̄miali dignitate vnꝰ btūs aliū excedit. qz vt ait Aug⁹. vnaq̄q; ania p meritū suis illic honorab̄ z gl̄ificab̄. sic videmꝰ q̄ alia est claritas lune: alia solis: alia stellaꝝ ꝛc̄. Unū Greg. moral̄. li. iij. Quia i hac inq̄t vita nobis est discretio operū. erit in illa discretio dignitatū. vt q̄ hic aliꝰ aliū supat merito: illic aliꝰ aliū retributione transcēdat. Unū in euangelio dr̄ In domo p̄tis mei māsiones multe sunt. Si q̄ras Nunq̄d ḡ vnꝰ btūs alteri inuidebit eo q̄ ille plꝰ habeat. Rñdet Grego. ibidē di. q̄ in illa diuersitate retributōis erit cōcors charitas. qz tāta vis in illa pace nos satiat vt q̄ō in se q̄sq; nō accepit hoc accepisse i alio erubescat. Exēpli gr̄a q̄ñ dat̄ corona capiti z nō pedi. vl̄ q̄ñ dat̄ manꝰ manib⁹ z et nō ori vl̄ dorso. pes os dorsum oculi et cetera mēbra nō inuidēt imo gaudēt se accepisse i capite vl̄ manib⁹. Itē q̄rit̄ vtr̄ btūs q̄ minoris ē glorie optet gl̄iam maioris bre in se. Rñdet Aug⁹. li. de ciui. dei. xxij. di. sic. In p̄tia habebit deū aliꝰ alio minꝰ vt hoc q̄s donū habeat ne velit amplius. Exēpli gr̄a. Vas quū plenū aq̄ fontis nō appetit se bre aquā fontis in dolio existentis. qz sufficit sibi quantū habet. Ad idem Anſ. li. similitudinū dicit. Dices forsitan si deꝰ z oēs bti volunt q̄ō ego volo: ero itaq̄z p velle meo de maioribus i celo. qz volo augmētuz mei boni. Et rñdeo q̄ si etiā btō petro par esse in gl̄ia voluerit: eris. Impossibile est aūt illi eq̄ri velle in gl̄ia si meriti eꝰ impar fuerit. Et infra dicit q̄ sicut in hūano corpore pes non eroptat loco aut officio manꝰ aut oris: vl̄ nasus oculi loco vl̄ officio fungi. Ita in illa admirabili z gl̄iosa dispositōe celesti q̄sq; q̄ō adeptꝰ fuerit amabit: sic vt statū suū potiori gradu mutari nō velit. ℣ Tercio in accidētali iocunditate p opib⁹ bonis hic factꝰ vnꝰ btūs alium excedit. opera em̄ illoꝝ sequunt̄ illos. Nota aūt q̄ pl̄a sunt genera operū bonoꝝ ex q̄b⁹ accrescit accidentale gaudiū cōtinue vsq; ad finē mūdi btis in celo. Primū est sacre scripture expositio z dictatio aut scriptitatio. Nā q̄bet̄ z euāgelist̄ ac apl̄is epistolas scribēt̄ib⁹. similit̄ z doctoribus q̄ libros vel sermones cōposuerūt semp gaudia accidētalia accrescēt q̄tiēs ex eorū scriptis boies emendant̄ z ad deum cōuertunt̄ Luc. xv. Gaudiū est in celo sup vno pec. peni. ꝛc̄. ℣ Secundū est ordinū institutio vel reformatio. Naz q̄t bona fiūt in ordie toto vl̄ religiōe totiēs gaudiū accidētale crescit illi⁹ ordinis institutori: puta btō Francisco de ordine minoꝝ. et sic de alijs.

¶ Secūdo in morte claruit miraculis. Nā obitū suū longe ante psciuit: ne tamē fratres desolatos redderet celauit. Et decimo q̄nto die añ mortē cū esset sup quendā collē cōstitut⁹ amenaz paduc planicie aspicies exultās spū ad fratrē itineris comitē ꝓcurs⁹ pdixit in ꝓmo ciuitatē Paduanā bonore magno decorādā. qō iplenū est p ei⁹ sacri corpis relīquas z merita. Tādē anno dñice incarnatiōis. M. ccxxxj. die. xiij. Junij. cū eēt de stitut⁹ viribz crescēte infirmitate: facta cōfessione hymnū O gl'iosa dña excelsa sup sydera cē. cātare cepit. Quo finito erect⁹ mox in celū oculis directis. plixi⁹ respiciebat. quē frat⁹ sustētās q̄d cerneret interrogauit. Et ille rndit. Video dñm meum. Cū. q̄ fres oleo sacro eū vngere venissent: ait. Nō est necesse: habeo em vnctionē hāc intra me. Verūtamē bonū ē z mihi bñ placet. q̄d finit⁹ ecce aia illa sanctissima carne soluta i eēnā claritatē ē absorpta. cui⁹ trāsitū fres celañ. ne ppl'oz pmeret icursu. ecce pueri p ciuitatē cateruatim icedeñ. clamabāt di. Mortu⁹ ē pr sctūs: mortu⁹ ē sctūs Antonius ad qō oēs ppl'i accurreñ. lamētū sumūt di. Quo reuerēde pr. pgrederis a nob filijs tuis. i xpo cui⁹ fesu tu nos p cuāgeliū genuisti. Talibz vocibz aera leuat⁹ cūctoz aios ad luctū inuitabāt. Tādē tāta ppl'oz multitudine ꝓcurrēte vt p mediū ciuitat⁹ icedere nō valerēt multi cū cereis z lumiaribus vt q̄si ciuitas ardere videret epō Paduano missaz solēnia celebrāte corp⁹ bti Antonij sumo honore traditū ē sepulture. Hec cā breuitat⁹ obmissis multis sufficiant. ¶ Tertio post mortē claruit multis miracul' p orbē. statim em in die exeq̄alati sūt mlti varijs infirmitatib⁹ detenti q̄ mor. bti Antonij meritis sūt sanitati restituti. paralytici. ceci. claudi atq̄ surdi. aluti inuocañ. ibi claud⁹ siē cernuus saliebat. lingua mutoz laudes clamabat. paralytici. gibbosi. ꝓtracti z inūerabiles alij lāguidi. mortui z infirmi sūt liberati. Uñ canit ō eo Si q̄r⁹ miracla mors error calamitas demō lep fugit. egri surgūt sani. cedūt mare vincula. membra resq̄ pditas petūt z accipiūt iuuenes z cani. pereūt pricula cessat z necessitas. narrēt hi q̄ sentiūt dicāt Paduani. O ḡbtissime pr Antoni ora p nobis vt dei gratia z gloria zc.

De sancto Johāne baptista Sermo ꝑmus. ſ. de celebri ei⁹ natiuitate ac ꝓrogatiua nobilitat⁹.

Multi i natiuitate eius gaudebunt. erit enī magnus coꝝ dño. Nec ꝟba dixit angel⁹ annūciañ Johānis natiuitatē. Lu. j. ¶ Quibus insinuat ꝙ natiuitas bti Johis multū gaudio⁹ sa fozet oib⁹ deū diligētib⁹. Primo quidē ei⁹ patri z matri. qz p eū gratia mirabilis ꝓphetie sūt impleti. Nā pater de eo ꝓphetauit dicēs. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaber⁹. ꝑibis enī añ faciez dñi zc. Et Elizabeth ꝓphetauit beate ꝟgini Marie dicēs. Beata que credidisti qm̄ ꝑficient in te ea que dicta sunt ab angelo. z ipaz mꝛez esse dei recognouit. ꝓpter qđ angel⁹ dixit zacharie. Erit tibi gaudiū z exultatio. patet Luc. quo supra Scđo quoqz gaudiū erat vicinis z cognatis q̄ ofies ꝯgratulabant ei⁹ natiuitati: vt idē euāgelista testat. Inter q̄s magnū vtiqz gaudiū habuit ipa gl'iosissima ꝟgo Maria. qz p eius vocem ꝑmo audītā mox sctificat⁹ est z miraculis plūb⁹ clarificatus ad dei gl'iaz nascebat vt ꝑcurrendo annūciaret mūdo xp̄m dei filiū. Tercio gaudiū erat angel⁹ dei q̄ gaudēt sup vno pctōze pniam agente. Lu. xv. ¶nto magis sup tali sctō p quem ꝙuertēdi erāt multi pctōres ad dñm Jesū. Lu. j. Insup ¶rto gaudiuz erat ipi xp̄o dño cui ꝑcurs⁹ talis z tātus sue gratie dono nascebat z su⁹ aduētus mđo annūciabat. vñ merito hodie totus mūdus gaudiū ostēdit. Et iā apud ifideles qz dicēte Lyra etiā a saracenis z aliquib⁹ alijs festiuatur dies eius natiuitatis. Vnde Ambro. in omel'. Habz sanctoꝝ editio leticiā pl'imoꝝz q̄a cōmune est bonū. Justicia enī ꝯmūis est virtus: z ideo in oꝛtu iusti future vite insigne ꝑmittitur. Multo aūt fortⁱ⁹ hodie gaudēdū est xp̄iano in xp̄o z gr̄e sunt agēde ꝙ talis ac tātus deo char⁹ ꝓ nobis itercessoꝛ nascit apud xp̄m quo maioꝛ nō surrexit inē natos mulieꝝ. teste saluatore. Ecce ergo impletū est verbū hoc angeli dicētis. In natiuitate ei⁹ multi gaudebūt. erit enī magn⁹. Juxta q̄ verba tria mysteria notabim⁹ p ordīē.

Primū dicit natalis celebritat⁹. ibi. In natiuitate eius multi gaudebūt

Scđm ꝺz nobil' dignitat⁹. ibi. erit enī magn⁹

Terciū dī celestis felicitatis. coꝝ dño inqt

¶ Circa ꝓmū de celebritate natiuitatis Johānis baptiste queriť Quare natiuitatē sctī Johannis baptiste celebrat eccl'ia solēni festiuitate Rōem q̄stiōis tāgit Aug⁹ in ordīne bodierno dicēs. Post illū sacrosanctū dñi natalis die nullius hominis natiuitatē legim⁹ celebrari nisi solā Jobis baptiste (et a fortiori ex hoc sumit argumētū ꝺ natiuitate ꝟginis marie celebrāda) subdit. Aug⁹. In alijs sctis z electis dei nouim⁹ illū die colī quo illos post ꝯsūmatiōez laborū z deuictū triūphatūq̄ mūdū in ꝑpetuas etnitates ꝑsens hec vita parturiuit. In alijs ꝯsūmata vltimi diei merita celebrant. In hac etiā ꝓma die ipa iobis initia ꝯsecrant. hec Aug⁹. Ad hec rñdet ꝙ ꝯclusiōnē ꝙ sancta eccl'ia celebrat ꝙueniētissime natalē Jobis bap. multiplici ratione ordīm Altisiodoren. alios⁹q̄ doctoꝛes

Prima ratio miraculose ꝯceptōis
Scđa ratio dignissime sctificatiōis
Tercia ratio gaudiose dedicatōis
Quarta ratio saluifice instructōis

Prima rō ꝓpter miraculosā ꝯceptōem. Tres ei⁹ sūt potissimi scti miracl'ose nati vel ꝯcepti. Primus est christ⁹ dñs. q̄ ꝺ ꝟgine est nat⁹. Scđa beata ꝟgo Maria q̄ ad ꝓces z oblatiōes nata est ex sene pfe z sterili mꝛe ordīm qđ dicit Hieroñ. z Damasce. Tercⁱ⁹ est Jobes baptista. q̄ etiā de sene z sterili vtroqz ꝓcreante est nat⁹. Vñ in ei⁹ natiuitate pl'ima sī facta miracl'a. Primū ē qz ab āgelo gabriele est ꝓnūciat⁹. Secundū qz diuio miraculo potētia generādi suis ꝓcreatib⁹ data ē ꝯcept⁹. Terciū qz eius pater cū petiuisset signū miraculose fact⁹ est mut⁹ vsqz ad diem sue natiuitatis. Quartū qz in vtero posit⁹ xp̄m in vtero virginis Marie existentē agnouit z exultauit. Quintū q̄a ex infusa sibi gr̄a diuitus i suā matrē spūs ꝓphetie redūdauit. Sextū qz ei⁹ nomē qđ scz deberet vocari Jobes ab angelo est annūciatū pri z eius matri fuit miracl'ose reuelatū a deo. qz ipi ꝟ maritus nō potuit indicare cū esset mutus. Septimū q̄a cū circūcideret⁹ puer Johānes ipi⁹ patri ē laquela miraculose restituta z ꝓphetauit dicens Benedictus dñs deus israel qz visitauit z fecit redēptōz plebis sue. patēt hec Lu. j. Erg̣ ꝑ multis miraculis natiuitas Jobis ē illustrata: idcirco merito eccl'ia celebrat natiuitatē eius: sicut z natiuitatē beate virginis marie ac natiuitatē christi ¶ Secūda ratio ꝓpter dignissimā sanctificationē. quia Johānes ante est sanct⁹ q̄m natus vt dicit Aug⁹. Nā cum esset in vtero materno sermēsiū fuit sctificatus qđ ꝑdixit angel⁹ dicens. Et spūsctō replebit⁹ ex vtero mꝛis suc. ſ. q̄ ad purgationē originalis peccati: et ad operationē boni meritoꝛiꝫ ordīm Lyrā. Et hec dignitas sctificationis fuit magna z ꝑcellentⁱ ꝓrogatiue scz in rōspectu sanctificatōis alioq̄ꝝ. Nā i veteri testamēto legit⁹ sanctificat⁹ ꝑcipue Hieremias ꝓpheta Hiere. j. Priusq̄ te formarē i vtero noui te. z añq̄ exires de ventre sctificaui te. Secūdo i nouo testamēto legit⁹ Johānes baptista. Et tercio ex hoc arguūt doctoꝛes de beata virgine Maria ꝙ multo fortⁱ⁹ ipa fuerit ꝑ ceteros sctificata. Juxta illud ꝑs. Sctificauit tabernaculū suū altissim⁹. z hoc ordīm nros doc. ꝓfuādo eā ab originali macl'a. Et dat⁹ inē hec drīctia. qz Hieremie fuit ꝓstitū i sctificatōe vt mūdaret⁹ ab originali petō. z ꝙ nunq̄ mortaliť peccaret sed venialiť in plūb⁹ peccauit Jobes aūt bap. ordīm Tho. de articulis fidei fuit sic sanctificatus ꝙ a peccato originali fuit mūdat⁹

tus.z pstitū sibi fuit nō peccare mortaliter ꝫ venialiter: q̄uis (vt credit) rarissime peccauit etiā in venialibꝫ paucioribꝫ. Unde de eo canit ecclia. Intra deserti teneris sub annis ciuiū turmas fugiens petiisti: ne leui saltē macularē vitā famine possis. Ꝫ q̄uis ꝓpter hoc in desertuꝫ fugerit vt vitare posset oē vitiū: tñ ex hoc nō habet q̄ aliq̄n licz in minimis z rarissime nō offenderit venialit: nec audem⁹ dicere q̄ vnq̄ venialiter peccauit iohānes: eo q̄ Aug. li. de natura z gr̄a ꝑter solā benedictā v̄ginē mariā nullū excipit ab illa generali regula. j. Joh. j. Si dixerim⁹ q̄ peccatū nō habemus: ipi nos seducim⁹: z veritas in nobis nō est. Beata aūt v̄go maria ita sanctificata fuit q̄ nec mortaliter peccare potuit nec venialiter. Unde ꝓpter dignā sanctificationē celebrat iohānis nativitas sicut z beate v̄ginis marie excellentiꝫ sanctificate. ¶ D Tertia rō ꝓpter gaudiosam dedicationē. Sunt em̄ nativitates iste tres ꝓ gaudio totiꝫ mūdi dedicate: ex oibus nascētibꝫ hoibus cū tristicia z ploratu vt claret. Primo ꝓ totiꝫ mūdi gaudio dedicata est nativitas x̄pi. iuxta illud Luce. ij. angeli dictū. Euangelizo vobis gaudiū magnū q̄ erit oi pplo q̄ natus est nobis saluator x̄ps. Secūdo dedicata ē nativitas v̄ginis marie ꝓ totius mūdi gaudio. iuxta illō q̄ canit ecclia. Nativitas tua dei genitrix virgo gaudiū annū. vniuerso mūdo. ex te em̄ natus est sol iusticie x̄ps deꝰ noster. Tertio nativitas buius iohis. q̄ p̄currēdo saluatorē toti mūdo nunciauit gaudiū. Idea angel⁹ dixit. In nativitate eius gau. zc. Unde Aug. in ſmōe. Ipa iohis initia ꝫsecrant: ꝓ hac absq̄ dubio causa: q̄ ꝓ būc dñs aduentū suū ne subito insperatū hoies nō agnoscerēt voluit esse cestatū. s. ad totiꝫ mūdi gaudiū. q̄ ꝫueniēter celebrant ꝓ gaudio. ¶ E Quarta rō saluifice instructōis. Nā ex hoc q̄ nativitates istoꝝ specialissimoꝝ sctōꝝ. s. x̄pi: marie z iohannis eccl̄ia celebrat gaudiose instruimur q̄ z q̄liter ad gaudia sempiterna ad que sancti. s. ipi peruenerūt. z nos coꝝ exemplo z imitatiōe ꝙuenire possimus ꝓ nativitatē spūalez. Est q̄ppe nativitas ſm Isid. q̄dā corpalis qua hō nascit ad hāc miserā vitā. Et hec q̄busdā est ad salutē ꝫsequendā: quibusdā ꝓ suis peccatis cedet ad dānatiōez. Secūda ē nativitas spūalis qua hō ꝓ spūssancti gratiā nascit in deo Job. j. Qui nō ex sanguinibꝫ neq̄ ex volūtate carnis: sed ex deo nati sunt Lyra. Inq̄tuꝫ hoies recipientes gr̄am trahunt quodāmō ad naturā diuinā. q̄ ꝓ donū gratie efficiunt ꝫsortes diuine nature: vt dicit. ij. Petri. j. Sicē em̄ ferrū ignitū totū ꝙuertit in ignez: sic hō ꝓ gratiā in deū. Et ꝓ ctrariū hō peccādo mortaliter nascit ex diabolo z in diabolum. iuxta illud Joh. viij. Vos ex pīe diabolo estis. z tō opa eius vultis facere. Et. j. Joh. iij. Qui facit pctm̄ ex diabolo ē. q̄m̄ ab initio diabol⁹ peccat. Tertia ē nativitas celestis q̄n in hora mortiꝫ nascimur in celū. Unū sctōꝝ mos natale vocat. Ut q̄ fideles instruant q̄liter exēplo sctōꝝ z ꝑcipue beati iohannis in celū nascant: triplicit̄ solēnisare solet hāc nativitatis iohis dic̄. Primo vigiliā ieiunando q̄ ſm Jnno. 8 obser. ieiu. z cōiter doctores dicit ꝑceptuꝫ ex eccl̄ie vniuersali ꝫsuetudine: licet iure nō inueniat expssū. Nā ſm Richā. in. iij. dist. xv. Jeiuniū ꝫsuetū etiā si nō sit ꝓ ius scriptū expresse ꝑceptū: nihilominꝰ est obseruādū ab existētibꝫ in illa regiōe vbi est ꝫsuetū. Sed q̄re vigilia festi ieiunat in eccl̄ia nisi vt doceamur q̄ penitētie opa penalia debem⁹ sufferre in ꝑsenti si volum⁹ i futuro cū sanctis festiuare vel gaudere. sic z iohes fecit ac docuit. Unū saluator Matth. xj. ait. A diebus iohis regnū celoꝝ vim patit z violenti rapiunt illud. Lyra. Nō em̄ pōt hō natꝰ in terra rapere celū nisi sibi faciat violētiā cohercēdo a delectabilibus ꝓpriū appetitū. Secūdo solennisat ecclia festū iohis hodie ignēvl faculas ardētes faciēdo. Primo ꝓ repsentādo q̄ iohis ossa fuerunt cōbusta i Sebaste ciuitate q̄ fuit olim Samaria. excepto digito q̄ mōstrauit x̄pm̄ q̄ cōburi nō potuit in illo igne. z hec cōbustio facta fuit ab infidelibꝫ iubēte Juliano apostata: eo q̄ ad eiꝰ tumulū multa miracula fierēt. Secūdo ad significādū q̄ iuxta x̄pi dictū ipe erat lucerna ardēs z lucēs. in q̄ docemur ipm imitari in lumine fidei z ardore charitatis vt possim⁹ in celo ꝫgaudere. Unū Bern̄. i ser. hodierno. Quid ꝓdest iohānē ꝑconꝫ tor z rātis extollere si negligim⁹ ipm in moribꝫ imitari. Tales essem⁹ sic̄ q̄ laudāt pugillātes z ipi pugnare nō audēt. Tertio solēnisat ecclia festū Johānis octauas celebrādo. q̄ docemur ꝓseuerare vsq̄ in finē vite tpis nūero septēnario diez̄ z etatū currētis vt ad octauū felicitatis q̄ post hāc vitā ꝓmittit̄ ꝙeniamus. quoniā dicēte saluatore Matth. xxiiij. Qui ꝓseuerauerit vsq̄ in finē: hic saluus erit. O q̄ hō x̄piane recogita hec in hodierna celebritate. O pctōr noli perire cuꝫ diabolo: sꝫ sanctos imitari stude penitētiā agēdo. ꝑcepta fidei ac charitatiꝫ seruādo z ꝓseuerādo.

¶ F Circa secundū ꝑncipale de nobilitate q̄ iohānis nativitas extitit dei munere illustrata sic ꝓ ꝫclusiōe. q̄ ipa iohis nativitas hodierna mira nobilitatiꝫ ꝓrogativa a deo extitit illustrata ꝙ plurima incōmoda q̄ hō cōiter icurrit ex culpa. Declarat ex pluribꝫ incōmodis z defectibꝫ q̄bus nascimur. ¶ Primꝰ defectus. q̄ hō nascit i īmūdicia scz peccati z ira scz dei ac beatoꝝ angeloꝝ. Eph. ij. Oēs nascimur inquit filij ire. Et hoc claret in pueris q̄ sine baptismo moriūt q̄s deꝰ nūq̄ admittet ad visionē sue faciei. nec assumentur ad ꝫsortiū angeloꝝ. z hoc ꝓpter īmūdiciā peccati originalis. de q̄ Ps. Ecce em̄ in iniq̄tatibus ꝫcepꝰ sū z in pctis ꝫcepit me mater mea. Unde Bonauē. in quodā ſmōe dicit. Ue nob boibꝰ q̄ in pctis nascimur: in pctis viuim⁹: in pctis morimur: z nescim⁹ vtruꝫ saluabimur aut dānabiꝫ

mur. Si aũt p̃mi pentes ꝺ̃tra deũ nõ peccassent nil bonꝝ incurrissemus: sed in innocẽtia nati fuissemus ⁊ in ea virtissemus: ac viui in patriã translati fuissem⁹. nec dãnatiõis eterne piculũ timuissem⁹. Nã vt Grego. iiij. moral'. dicit. Si parentẽ p̃mũ nulla putredo pcti corrupisset neq̃z ex se filios gehẽne generasset. Sz hi q̃ nũc p̃ redẽpto/rẽ saluãdi sũt soli electi ab eo nascerenť. Dec ille. Lõtra hũc defectũ peccati originalis in natiuitate iohes speciali p̃rogatiua sanctus fuit. ¶ Secũdus defect⁹. qz hõ nascit plorãs cuz vagitus mestícia. Nã Solin⁹ de mirabilib⁹ mũdi li. ij. ca. viij. dicit. Nascentiũ vox p̃ma vagit⁹ est. Nã letície sensus vel signũ differt vsq̃z in q̃dragesimũ diẽ. Sol⁹ eñ Zoraſtes q̃ postea rex fuit babylonioꝝ eadẽ hora q̃ natus est legit risisse. nec ꝺ in natura ei bonũ p̃tẽdebat. futur⁹ eñ fuit magi carũ artiũ p̃mus inuẽtor. Sed vñ vel quare est hoc q̃ pueri recẽter nati plorant. ⁊ vsq̃z in q̃dragesimũ diẽ letície vel iocũditatis signa nõ ostendũt. Rñdeť qz nascunť ad miseriã. Ista ẽ cõmunis cãtilena oim p̃ma a vel e. ⁊ sic masculi deplorant ade peccatũ ⁊ miseriã eius. femine eue offẽsam ⁊ ignominiã. Vñ Bern̄. de ꝓsiꝺ. li. ij. dicit. q̃ hõ ideo nascit cũ fletu. qz breui viuẽs tpe repleť multis miserijs. Si q̃ querat. Quis est q̃ natus mox ꝓberat anteq̃z loquit. Rñdet Aug. q̃ puer nõdũ loquit et ꝓberat. s. plorատu q̃ iã ad miseriam nascit ⁊ morte amara finiet. Et tũc etiã q̃libz in vltimo exalatõis spiraculo habet dolorosam secundã cantilenã finalẽ videlicet ff q̃ efflat spiritũ suũ. O ergo q̃z stulti qui hec duo extrema vite miserabilis nõ bene curant vt penitentiã agant sed ducũt in bonis dies suos ⁊ in pũcto ad infernа ꝺescendũt Job. xxj. ꝺ vere beati qui lugẽt horũ recordañ. qm̃ ipi ꝓsolabunť ⁊ Matth. v. Nã si adam nõ peccasset iocũꝺe nati fuissem⁹ in paraꝺiso sine oñi dolore parẽtũ. ⁊ viristemus sine miseria nunq̃z morituri. Nũc aũt p̃ erulatu miseri nascimur ⁊ ploram⁹. Vñ Marim⁹ in ffmõe dicit sic. Null⁹ ignorat oẽm puulũ materno ab vtero ꝓdeuntẽ mestis ꝓcrepare vagitib⁹. Sol⁹ Johãnes baptista vltra legẽ cõmunẽ leticie erultatiõe natiuitatẽ suã p̃uenit q̃ p̃usq̃z nascerenť ꝓbetauit. ¶ Tertius defect⁹. qz hõ nascit cum stultícia. Nã ignorat bonũ ⁊ malũ. ꝓuer. xxij Stultícia colligata est in corde pueri. Et hoc p̃pter carentiã vsus rõnis. Sed querit ꝺe statu innocẽtie. Nũquid tũc pueri nati mox vsũ ratiõis ⁊ mẽbroꝝ habuissent. Ad q̃ rñdeť fm magistꝝ ⁊ doctores cõiter in. ij. ꝺi. xx. q̃ pueri i paraiso nati fuissent puuli mẽbris. ⁊ suo mõ sensu ac intelligẽtia impfecti vt in illis expectareť etas ad ambulandũ ⁊ loquendũ sicut ⁊ in nobis mõ. ⁊ sic p̃ interuallũ tpis sensu ⁊ cognitione p̃ficiebant vsq̃z ad perfectũ. Et vt dicit Aug. ibiꝺẽ. Licet deus potuerit eis p̃stare q̃ multis animalibus p̃stitit. quoꝝ pulli q̃uis sint paruuli: tñ mox vt nascũť currũt ⁊ matres sequũť. Jamẽ cõiter doctores dicũt. q̃ hoc eis p̃stitũ nõ fuisset vt mox nati vsũ membroꝝ plenũ ⁊ ratiõis habuissent. Et hoc fuisset in eis nõ ꝓpter vitiuz nature sicut in nobis: sed p̃ ꝓditione nature nobilisq̃z cõplexionis ⁊ tenerrime in puericia. Verũtamẽ putať q̃ in ipis vsus mẽbroꝝ ⁊ rõnis fuisset acceleratus vt non expectareť tanta etas ad hec sicut in nobis. Beatus iohãnes in hoc extitit p̃uilegiatus. qz in vtero positus dñm iesum in vtero virginis positũ cognouit ⁊ exultauit. ⁊ sic fm quoꝺã vsus rationis tunc in eo acceleratus fuit instinctu spiritus sancti sicut canit in officio. Accelerať ratio in puero nonduz nato instinctu sacri pneumatis sibi dato. nouit p̃sentẽ dñm in virgine claim latentẽ adorauit cũ iubilo. De hoc latius sermõe. iiij. ¶ Quartus defectus. quia homo nascit cõmuniter cũ imbecillitate ⁊ impotẽtia adeo q̃ puer natus in nullo se possit iuuare vel defendere vt videmus. Querit. Nũquid in paraꝺiso potuisset se hõ in puericia a nociuis iuuare vel cauere. Rñdetur fm doctores sup. ij. vbi supra. q̃ p̃mo ⁊ p̃ncipaliter p̃ diuinã puidentiã. postq̃z per parentũ curã ⁊ per ꝓpriã tandẽ prudẽtiã ibi homo p̃seruatus fuisset ne pateret lesionez ab aliq̃ duro: pura gladio: ligno: lapide: ferro vel alio extrinseco: vt estu: frigore: aere ⁊ alijs. Diuina enim puidentia sic tuebať vt nil ei occurreret ex improuiso a quo lederet. ⁊ sine lesione sensisset calorẽ et frigus in maxima tẽperantia p̃ congruitate sanitatis. Beatus iohãnes tanta dei dono fortitudinẽ ⁊ potentiã virtũ accepit vt in vtero matris se exultando moueret ad xp̃m adorandũ. Et tãdem quinquẽnis: vel fm alios septẽnis puerul⁹ desertũ intraret ⁊ ibi heremiticaz vitam vsq̃z ad triceſimũ annũ duceret. nec tam tenera natura in tanta lederetur asperitate in arduo antro deserti manendo inter feras et bestias ac scorpiones sociatus. locustis ⁊ melle siluestri ⁊ aqua sine pane ⁊ oñi cocto vl' potu inebriatiuo pastus dura ⁊ aspera veste nõ calefactiua sz de pilis camelorꝝ indutus. ꝺ ergo homo q̃ delicate nutris corpus tuũ in vitijs cũ sis viribus fortis nõ vis ieiunare etiã quãꝺo teneris. vide quõ in iudicio cõfunderis per hũc puerũ.

¶ Circa tertiuz p̃ncipale de felicitate. ꝓ cõclusione sufficiat illud q̃ eccl'ia canit diẽs. ꝺ nimis felix meritiq̃z celsi nesciens labẽ niuei pudoris prepo. m. here. qz cul. va. zẽ. Serta terdenis a. c. a. c. ꝺ. q. t. c. c. f. t. sacer ornãt. patet in hymno. Ad quod applicentur miracula. Legitur q̃ eius intercessione deus defendit terram vel ciuitatez ab hostibus. Nam vt habetur in legenda. regina longobardorũ construxit ecclesiaz in honore sancti Johannis baptiste. Tunc̃z proceden te tempore Constantinus imperator inuadere disponeret illam terram de eritu belli consuluit quendam virũ sanctũ: cui oranti nocte respon/

De sancto Johanne baptista

sum est. Johāni regina eccl'iam ꝓstrurit. z ipse ꝓ longobardis ꝓtinue intercedit. z iō supari ñ pñt Hoc idē miraculū testaf Paul⁹ in hīstoria longobardō. Itē ei⁹ intercessionē inuocādo iuuat i pculo mortis. Nā refert Grego. in. iij. li. dyal'. de q dā pſbytero noīe Sācrulo. quē lōgobardi adiudicauerūt neci capite plectēdū. z ad id pficiendū elegerūt fortē virū lictorē: cui⁹ cuz gladiū vidisset Sācrulus dixit publice. Sancte Jobes suscipe ictū. Et ecce statim man⁹ carnificis in alto rigue rūt vt gladiū nullaten⁹ mouere posset. Mirant de hoc longobardi iussus vt surgeret Sanctulus: surrexit. petitusq; vt ipm carnificē sanaret pstito iuramēto q de cetero nullū xpianū feriret. ipm carnificē vir dei Sanctul⁹ orādo sanauit z statim brachia deposuit. Nec sufficiāt. O ḡ charissimi accedam⁹ hūiliter supplicātes vt dñs ihesus ipius beati Jobis meritis z pcib⁹ det nobis gr̄am in pſenti z gl'iam in futuro Amen.

De scō Johāne baptista Sermo secūdus scz de eius magnitudine sanctitatis.

Amen dico vobis a nō surrexit inter natos mulierū maior Johāne baptista Matth. xj. ca. Verba sūt redēptoris nostri q̄bus sanctitatē Johānis magnā cōmēdat xps dñs. qō pertinet ad maximā laudē Johānis. qz vt ait apl's. ij. Cor. x. Nō q seipm cōmēdat ille ꝓbatus est: sed quem de⁹ cōmēdat. Magnū q̄ppe est q Johānes laudatus est z magn⁹ reputat⁹ a sanctis hoibus in terris. s. a patre suo dicēte. Tu puer ꝓpheta altissimi vocaberis. pībis em̄ ante faciē dñi zc. Et ea vicinis ac cūct' audiētib⁹ miracula in ei⁹ natiuitate dicētib⁹. Quis putas puer iste erit zc. Sz multo maius est q ab angelo dei gabriele cōmēdat fore magn⁹ di. Erit em̄ magn⁹ coz̄ dño Luce. j. Maximū vo ēq ab ipo altissimo filio dei qui oīa nouit z ꝑma vitas est pdicat z cōmēdat Johānes fore maxim⁹ inter oēs q̄si cū iuramēto: vt hec cōmēdatio reddat magis ꝓbata z gl'iosa ac firma: dicendo sic. Amen dico vobis nō surrexit maior zc. Iurta q̄ verba tria mysteria notabim⁹ ꝓ b fmōe fm qō cōmēdat de tribꝫ magnalib⁹.

Primo de magna sanctimonia: ibi. Non surrexit maior.

Secūdo de magna gratia: ibi Johāne. qō interpstat in quo est gratia.

Tertio de magna gl'ia. qz baptista xpi. Et ḋa hoc sequit ad priora.

Circa pmū de sanctitate magna Jobis q̄rit. vtz Jobes baptista p̄ ceter' sanctis sit maior iurta hec verba saluatoris. Inter natos mulieruz nō surrexit maior iohāne. Quib⁹ clare excipit virgo maria ꝓ hoc q dicit Inter natos: sub genere masculino. Et xps in hoc q dicit mulierū: nō virginū fm Rabanuz. Sed vtrū oibus alīs post hos sit maior ē dubiū. Declarat. Aliqui em̄ sūt q̄ pferunt iohannē baptistā oibus post xpm: z beatā virginē mariā ꝓter verba pdicta saluatoris. sup que Ambr'. dicit sic. Puto inquit q oēs sancti q̄tū ad subtilitatē diuini iudicij inuicem sibi sūt aut inferiores aut priores. Et quo intelligimus qm̄ q maiorē se nō habet: oibus maior est Et infra dicit q iohānes oibus sanctis ē maior: cui solus xps est por. Suo mō simili sentit etiaz Bern̄. in sermōe hodierno ex ipis vbis xpi. Sz ipa vba xpi nō cogūt sic credere q Johānes baptista sit simpliciter maior oibus alīs. qz Luce vij. dixit xps sic. Dico em̄ vobis. maior inter natos mulierū ꝓpheta iohāne baptista nemo ē. Et quo claret q ista cōparatio facta est quo ad ꝓphetas pcedētes. Un Hiero. sup Matth. Nō ceteris ꝓphetis z patriarchis: cūctisq; hoib⁹ pculit xps iohānē: sed ipm ceteris coequauit. Ytra etiā dicit q xps nō negat q̄n eēlis surrexit iter natos mulierū. Et hāc sentētiā cōiter docē. sequūtur. Item alij opinati sūt q petrus apl's sit maior. qz ipm xps pfecit toti eccl'ie xpiane quā adeo dilexit vt se ipm ꝓ eius redēptiōe tradiderit in mortē. Sz electio debet esse fm sanctitatis pēminētiā. peccatā em̄ q nō eligit meliorē ad quācūq; eccl'iasticā plationē: vt ptz p Hiero. viij. q. j. Licet g̃. Un petr⁹ videf sanctior. Sed nec istud cogit sic credere. qz eligi debet ad plationē nō ille q est simplicit⁹ melior vel sanctior. sz q est melior fm qd: hoc est pro tali platiōe administrāda. Nā pōt q̄s esse melior z sanctior fm deū: q tamē nō est melior ꝓ plationis officio. Patent hec fm Henri. de Hanō. in iij. q̄dlibeto. q. xxxij. z cōiter alios docē. Un Petrus erat inter apl'os melior ad plationē: q licet peccauerit xpm negando: nihilomin⁹ ipe est electus. qz p etate z regimine eccl'ie ipe erat aptissimus. Deniq; alij opinati sunt q Johānes euangelista z apl's sit maior oim quia a xpo extitit p̄dilectus oibus z in fratrē adoptatus ac sanctissime sue matri in filiū cōmēdatus. Sed constat q q est melior z sanctior ille ē coz̄ deo acceptior z amabilior: cū magis bonū sit magis diligēdū vj. topicoz. g̃ zc. Sz nec istō cogit. qz q xps dñs iobem euāgelistā mag⁹ dilexit p ceteris b fec ꝓphetis significationē fm Bonauen. sup. iij. di. xxxij. q. ar. xlti. Nā p iohannē significari voluit vitaz cōtēplatiuā que pmanet. z actiuā que trāsit per pectū est. Sequere me. s. in actionibus laboriosis. Johanni vero. Sic eū volo manere. Et quia cō tēplatiua vita ē iocūdior z dulcior. iō ad significādū differētiā hui⁹ vite duplic⁹ xps familiarius exhibuit se iobi q̄z petro. z in hui⁹ etiā signū cōmisit matrē iobi. sz curā pastoralē petro. Et sic ptz.

Pro rñsiōe g̃ ad questionē noto tres ꝓcipuas regulas ex dictis Bonauent. vbi supza. et ali⁹ colligendo. Pria regula dī diuie charitatis. s. q q̄cūq; finaliter maiorē charitatē habuit

in terris ille est altior sanctus in celis. Et hoc in/quit Bonauētura dico q̄tum ad magnitudinē p̄mij substantialis que rñdet radici charitatis. Nā q̄tū ad decorē aureole q̄ rñdet ꝓtinētie ꝗgia li nō est incōueniēs Jobem pponi Petro vl' etiā aliū ꝗginē multo iferiozis sctitatis. Silr i alijs accidētalibꝫ nō est incōueniēs Jobez baptistā eē maiorē istis. s. i sctificatōe in vtero. i innocētie pu ritate. in austeritate vite z ꝓsilibꝫ. Sed q̄m essen tiale multo dignꝰ z melꝰ est accidētali. vt patz vij. metapb. ḡ magnitudo sctitatis potissime cō sistit i magnitudie charitatis cui rñdet p̄miū es/sentiale. Hinc Bern̄. sup Cañ. serm̄. xxviij. dicit. Quātitas cuiuscq aie extimat̄ ō mēsura charita/tis quā habz. vbi gr̄a: q̄ multū habz charitatis magna. q̄ paruū pua: q̄ nil nihil est. Hec ille. Et sic patz hec regula. ¶ D Scōa regula ōz indif finibilitat̄. s. q̄ ds sctōꝝ maior sit in ꝓspectu dei nō pōt i hac vita sciri. nec debz temere diffiniri sz in gl'ia futura habz videri. vñ Bonauē. vbi sup dic̄ q̄ fm qd aliq̄ diuersimode afficiūt̄ p̄ponūt Jobem Petro z ꝓsil' quēcūqꝫ eoꝝ alci. Alij sen tiūt ecōuerso. si ds coꝝ apud deū fuerit charior finalit̄ ꝫ melꝰ sciemꝰ in gl'ia. z melꝰ ē expectare q̄ hoc temere diffinire. hec Bona. Et rō: q̄ non possumꝰ scire gdū charitat̄ eozūdē. Unde nō debe mus de hoc curare ds sctōꝝ sit maior sz conādū est nob eoꝝ quelibꝫ vt possumꝰ imitari i vtuti/bus. q̄m vt ait Aug. i ser. de marty. Qui sctōs in q̄ntū potuerit noluerit imitari ad eoꝝ bitudi/nē nō poterit puenire. Ad id aūt legit miraculū in legēda vite sctī Jobis baptiste q̄ erāt duo docto res theologi q̄ꝝ vnꝰ Jobem baptistā. alter Jo/bānē euāgelistā pferebat. Tādē sup hoc dispura toē ꝓposita q̄libꝫ valde sollicitꝰ erat auctes z effi/caces rōes p̄ sua ꝓbatōe inuēire. Aduenīēte autē disputatōis die q̄libꝫ sctōꝝ emulatori suo appa ruit di. Bñ ꝓcordes sumꝰ in cel' de nob nō dispu tetis i terr̄. Tūc illi sibi adinuicē z etiā i populo publicauerūt z deū bñdixerūt. ¶ E Tercia re gula idemnis disparitat̄ quā ponit Bre. xxxiij. li. moral'. scz q̄ vnus ds q̄ꝝ btōꝝ iuxta dispar meri tū dispare habz excellētie locū. sz eiusdē disparita tis nullū sentit dānū. Et buiꝰ rōem subdit di. qz tātū q̄sq̄ de illa bitudie pcipit q̄ntū sibi sufficit Exēplū. q̄uis amphora minꝰ capiat de vino q̄ꝫ doliū magnū. tū ex ꝫ nullū dānū anfora habet. qz z ipa. p̄ sua capacitate plena est sic̄ z doliū ple nū est. Alia etiā rō: qz vt idē Bre. dicit. z Richꝫ. su p. iij. In patria q̄libet tārū gaudet de bono alte/rius q̄ntū de ꝓpo. et qđ in se q̄sq̄ nō accepit i alio se ꝫ accepisse exultat. ḡ z̄c. Ad ꝓpositū ḡ sufficiat nobis credere fm vitatē euāgelicā quēlibꝫ horū sez tā Petrꝫ q̄ꝫ Jobem q̄ꝫ baptistā esse magnū sā ctū. nec debemꝰ disputare ds coꝝ maior sit. sed eos venerari debemꝰ z imitari vt ad eoꝝ ꝓsorti um pueniamꝰ. Nec eis placet q̄ temerarie vnū alteri pferamus cū hoc nesciamus. nec dānū ha bent ex disparitate vt patuit: imo q̄cḋ honoris vni impēdimꝰ singuli gaudēt tāq̄ sibi ipendisse mus ꝓpter mutuā charitatē: sicut patz in exēplo de mēbr̄ hūanis. Q ḡ bō rp̄iane disce exēplo ho/rū deū diligere vt cū eis in celis habeas gaudere. ¶ E Circa sc̄m p̄ncipale sit ꝓ ꝓclone q̄ sctūs Jobes bap. ex ipa nois ꝓgruētia claret fore excel lens in gr̄a. Nā Jobes interꝑtat̄ dñi gr̄a vl' in q̄ est gr̄a fm Hiero. Un̄ Simon de cassia sup illō Jobes est nomē eiꝰ. O magnū nomē inq̄t quod patri restituit vocē: gaudiū vicinis: ppl'o sacer/dotē. Et Hugo de sctō vict'. dic̄. Puer vocat̄ Jo hānes z nasc̄t de p̄fe muto. qz sic gr̄a dei nasc̄t in nobis q̄n muti silentiū mēt̄ tenem⁹. i. trāquil litatē cordis ab oīni euagatōe mētis retinemus. Muerit hic. vñ ꝓgruebat p̄cursorē Johannē a gr̄a noīari. Ad qō rñr ꝫz doc. q̄ ꝓp̄ tria maḡlia.

Primo ꝓpter gr̄e altitudinē
Scōo ꝓpter gratie amplitudinē
Tercio ꝓpter gratie multitudinē

Prio ꝓp̄ gr̄e altitudinē. qz ipse tā altā gr̄am est a deo ꝓsecut̄ vt i vtero mr̄is spūsctō repleretur. Lu. j. Spūsctō replebit̄ ex vtero mr̄is sue. qō fu it valde mirabile. Et vt tēpus gr̄e ipe initiaret p mo p̄dicādo gr̄az xp̄i z p eū pctōꝝ remissionez ac gl'ie collatōz. vt ptz Mat. iij. z Mar. i. Secūdo ꝓp̄ gr̄e amplitudinē. vñ fm Bedā ideo deꝰ ꝫ noie voluit ipm vocari. qz p eū datur̄ erat g̃/tia pentibꝫ z ppl'o. Tā amplā eiꝰ z largā gratiā Jobes est a deo ꝓsecut̄ vt nō solū ipe plenꝰ esset dei gr̄a sed z vteꝝ parētū p eius gratie redūdā/tiā gr̄am ꝓberādi acciꝑet. z p eū populꝰ deo essz recōciliādus. sicut p̄dixit angelus Lu. j. Ter/cio ꝓpter gr̄e multitudinē: qz ei deus dedit gr̄az omniū genez̄ z ordinū sanctoꝝ. s. patriarchārū quibꝫ hec g̃tia data est vt ipis de xp̄o esset p̄miss/sio facta. q̄. s. patres genealogie xp̄i existerēt. Un̄ Gen̄. xxij. dixit dñs Abrahe p̄triarche. In semine tuo bñdicent̄ oēs gentes terre. hoc est in xp̄o. quā gr̄am habuit Johānes: quia fuit de ꝓpinq̄tate z ꝓsanguitate xp̄i. vt patet Lu. j. Et in sup patrinꝰ christi in baptismate: qz ipse baptisauit christuꝫ Mat. iij. z ꝓseq̄nt̄ videt̄ esse patriarcha christia/norū spiritualis: qz omnes christiani baptisant̄ p spiritū christi cuiꝰ patrinus est Johānes. Jterꝫ ꝓpheteꝝ gratiā habuit Johānes. qz fuit plenus gratijs ꝓphetie tā de ꝑterito q̄ꝫ p̄senti z futo occ/tis. imo fuit plꝰ q̄ꝫ ꝓpheta. quia nō solū predixit christū vt alij ꝓphete sed etiā in vtero posit⁹ ipm cognouit z tandē digito demōstrauit. Un̄ canit eccl'ia. Leteri trm̄ ceciere vatū corde p̄sago iubar affuturū. tu q̄dem mundi sce. au. indice prodis Jtē apostoloꝝ gr̄am habuit: qz sicut apl's ꝓfir/mati in gratia christū p totū mundū p̄dicauer̄t baptizantes eos in nomie p̄ris z filij z spiritussā cti. Matḃ. vlti. Sic Johānes ꝓfirmatus in g̃/tia p̄dicauit xp̄m baptizando quosq̄ in eius no mine. Jtē martyꝝ: qz martyrij aureolam habet.

De sancto Johanne baptista

Itē ꝓfessoꝝ. qz austeritatē penitētie sūmā tenuit in heremo viuēs: vbi ꝑ lecto nudā terrā habuit: ꝑ vestimēto pilos camelorꝝ z cilitrū: ꝑ potu vinū z siceram nō bibit: sz aquā solā: ꝑ cibo habuit ñ panē vel aliud aliqd coctū: sed locustas z mel silue stre. Matth. iij. ¶ Sz qd intelligat noīe locuste z mellis siluestris. Ad hoc Arnolphꝰ gallicanꝰ epūs. z ꝓcor. Ayra. dicūt. q ī deserto iudee sūt qdā pua animalia in modū digiti manꝰ volitātia ꝑ modū saltꝰ vt solēt locuste: q̄ cocte cū oleo pauperē ꝑbēt victū. z hec dicunt hic locuste. Mel autē siluestre fm Ayrā ē mel qđ ibi repit in truncis arborū. Vel fm Rabanū z Arnolphū sūt folia arborꝝ q̄ rundā inibi existētiū alba vt lac z mellini saporis q̄ manibꝰ fricant z edunt. Et sic ptz. Itē heremitarꝝ z religiosorꝝ oīm gr̄az habuit Johānes. dū pentes z oia reliqt z in heremo religiose vixit in votis tribꝰ. s. obedientie paupertatis z castitatis. Itē doctorꝝ z p̄dicatorꝝ gr̄am habuit. qm̄ optimꝰ p̄dicator z doctor extitit: inchoādo eo mō q̄ z ipe xp̄s. s. a pnia z regni celestis reꝑomissione. Penitētiā inq̄t agite appꝛopinq̄bit em̄ regnū celorꝝ. Matth. iij. Et ipe ad salutis viā docuit oīm generū homies. Primā q̄dē regulā salutis posuit nobilibꝰ ac p̄ncipibus militaribꝰ ac stipēdariis Luce. iij. interrogātibꝰ cōcludēdo in tribꝰ capl'is dī. Neminē ꝓcutiatis. i. neminē vi vel potētia iniuste opp̄matis. Ecce p̄mū capitulū ad qđ ipi tenētur. Nemini calūniā faciatis. s. iniuste iudicādo. Ecce scōm. Cōtēti estote stipēdijs vr̄is. s. vt exactiones indebitas z oneroſas sup subditos nō exigatis. Ecce tertiū capitulū regule eorꝝ. Videāt g̃ dñi quō bec seruāt. Secūdā rēgulaz posuit ciuibus diuitibꝰ ip̄m interrogantibꝰ qđ facere debe rent vt saluenť: dī. Qui habet duas tunicas det vnaz nō habēti. z q̄ habet escas sil'r faciat. z sic de alijs supfluis. Tertiā regulā mercatoribꝰ negociatoribꝰ artificibꝰ z publicis officialibꝰ: vt sunt theloneariī: dicatores z decimatores z similes d. Nihil ap̄lꝰ q̄z qđ ꝓstitutū ē vob faciat. ꝑ qđ ītercidit oēm fraudē z iniustū lucrū. Quartā regulā posuit generalē oīb cōiter hoīb dī. Facite digꝝ fructꝰ pnie. tā em̄ securi ad ra. posita ē. Hec Lu. iij. Itē virginū gr̄am habuit Johes. qz mēte z carne virgo purissimꝰ p̄mānsit. O ve g̃ magne sctitatis magneqz gr̄e vir beatū iohānē baptistaz merito oīs bō pctōr ꝑ eiꝰ merita ꝓfidere pōt q̄ gr̄am impetrare valeat apd̄ misericordē ihesū. Ip̄m ergo charissimi veneremur patronū.

¶ Circa tertiū p̄ncipale d magnitudīe eiꝰ gl'e tres q̄stiones occurrūt vt sic magnificatur gl'a eiꝰ

Prima q̄stio de ordine ad quē est assūptus.

Scōa de sede ad quā est intronisatus.

Tertia de felicitate q̄ est p̄dotatꝰ.

Pria q̄stio. ad quē ordinē angelorꝝ brūs iohes ī gl'ia ē assūptꝰ. Ad qđ rñdet fm Fran. Maro. in suo sermōe. q̄ ad ordinē supmū. s. seraphicū. Dō ptz pmo ex sctitatis eiꝰ sublimitate. qz ipe fuit vnꝰ de maximis sctis vt iā supꝰ dictū ē. Et qz de q̄libz ordine aliq̄ ceciderūt vt colligit ex dict̄ bti Anſ. q̄z in locū succedūt hoies scti fm meritoꝝ suoꝝ q̄ntitatē: ita q̄ minores cū inferioribꝰ z maiores cū superioribꝰ in sorte singulorꝝ ordinū angelorum deputanť. sic docet Grego. in omel'. Accesserunt ad ihesū publicani ꝛc. g̃ ꝛc. Scōo ptz. qz xp̄s iohānē cōpauit lucerne ardenti z lucenti Joh. v. Ille erat lucerna ardēs z lucēs. Et qz fm beatū Dyonisiū de ange. hierar. sūmꝰ ordo. i. seraphin dicūtur ardētes incēdio. s. amoris diuini. g̃ Jobes ē in illo ordine. ¶ Scōa q̄stio. in q̄ sede beatꝰ iohānes ē intronisatꝰ. Rñdet fm Fran. Maroñ. vbi sup̄. q̄ quidā dicūt ip̄m esse in sede p̄mi angeli. i. luciferi. qz in illa sede nō ꝓgruit xp̄m. qa xp̄s sedet ad dextrā maiestatis ī excelsis melioꝛ oibus angelis effectꝰ Heb. j. Xp̄i g̃ sedes nō ē in ordine angelorꝝ sz sup oēs. Nec etiaz ibi ꝓgruit esse b. v̄ginē mariā. qz z ipa exaltata ē sup oēs chorosq̄ agelorꝝ vt eccl'ia cāit. Nec ibi ꝓgruit cē aliquē sanctū ipo iobe minorē. qz lucifer habuit sedē super oēs angelos. Ut em̄ ꝑbat mgr̄ fm Grego. z scripturas. lucifer vnꝰ fuit oīb excellētioꝛ cadentibꝰ nec inť stātes aliqs fuit eo dignioꝛ: vt ptz li. ij. di. vj. ca. j. ꝑ magistrū sentētiarꝝ. Nō ē g̃ rōnabile q̄ illā sedē aliqs minor iobe babeat. Itē nec ꝓgruit ibi locatū fore aliquē eq̄lē iobi. qz fm doctrinaz Dyonisij li. de ange. hierar. cāta ē inť btōs dispāritas vt oīmoda eq̄litas in eis inueniri nō possit sz singuli a singulis illuminenť. Cui⁹ exēplū ptz in facie hūana in q̄ oīno sil'es nūq̄z duo homies pñt repiri fm qđ ait pbs ī pbleu. Et iō putať q̄ illiꝰ p̄mi sedes angeli sit repata ꝑ iobis baptiste intronisationē. Sz qm̄ vt dictū ē p̄mo articulo huiꝰ fmōis: nō ē certū q̄s sctoꝝ sit maximꝰ oīm post xp̄m z beatā v̄ginē mariā. Et iō nō est certū vtr̄ iobes baptista vel iobes euāgelista aut beatus petrꝰ vel forte aliqs aliꝰ maximꝰ sanctꝰ sit ī illa sede p̄mi angeli. nec h̄ debemꝰ temere diffinire. Possumꝰ tm̄ pie credere q̄ aliqs istoꝝ p̄dictorū maximoꝝ sctoꝝ sit in illa sede collocatꝰ: vl'z baptista: vel iobes euāgelista: vel petrꝰ. Naz isti sūt p̄ alijs magr̄ digni h̄ honore vt sint ꝓpe xp̄m p̄ certer sz baptista tāq̄z xp̄i patrinꝰ. z iobes euāgelista tāq̄z frater xp̄i spēalissime adoptatꝰ. z petrus tāq̄z xp̄i vicariꝰ. Sed qđ hoꝝ sit in ipa sede p̄ma videbimꝰ in pria. ¶ Tertia q̄stio q̄libꝰ felicitatibꝰ sit iobes dotatꝰ. Et dr̄ cōiter fm docē. z p̄cipue Fran. Maro. q̄ oīb illis q̄s habet sūmꝰ ordo angelorꝝ p̄mo qdē qz habet clariorē deitatis visionē z fruitionē dulcedinis ampliores ꝓ charitatis sūmā ardorē ꝓpter imediatā ꝓpinquitatē. Scōo qz oēs alij inferiores ab ipo accipiūt illuminationē fm Dyoni. Tertio qz habet in se oēs ꝓfectiones inferiorꝝ ordinū: vt dic̄ Isiō. de sū. bo. Jobes q̄ppe habuit ꝓfectionē seraphin in ardēti charitate. qz erat lucerna ardens: vt patuit. Habuit etiā cuz cherubin plenitudinē sapie, qz

xpm deū i vtero materno cognouit. Habuit cū thronis pfectionē iudicij adeo vt etiā regez hero dē z phariseos ac pncipes ofqz redargueret. Habuit etiā cū dñationib⁹ pfectionē platiois q oēs rectores instrueret p regimine: vt patuit. Habuit etiā cū pncipatib⁹ pfectionē officiolat⁹q istruxit oēs officiales ad salutē. Habuit etiā cū ptatibus pfectionē arcēdi demões. s. in baptismo suo q disponebat ad xpm. Habuit etiā cū vrtutib⁹ miraculoz vrutē: vt patuit in ei⁹ natiuitate z alijs sequētib⁹. Jtē cū archāgel' magna nunciauit. s. xpi aduentū. z cū angelis salutē cōiter oim vt patuit. O ergo charissimi depcemur Johannez vt oret p nobis Amen.

De sctō Johāne baptista Sermo tertius scz de eius ortu z sancta vita ac dignitate.

Quis putas puer iste erit. etcētera

Luce j. ℟ Hec vba dicta sūt de iohāne baptista de q̄ legim⁹ q̄ testimoniū scriptur habuit z laudis a tota sctā trinitate. Nā de⁹ pat ei⁹ magnā scriptē testat⁹ ē cū ipm angelo assimilauit Malach. iij. di. Ecce ego mitto angelū meum q̄ ppabit viā añ faciē tuā. Et exponit de Johāne q̄ baptisando z pdicādo ppauit viam fidei ad xpm. Dicit aūt angel⁹ nō natura sz ꝓpter vite sanctitatē qz angelicā vitā duxit in terris fm Ly rā. Jtē dei filius testimoniū fecit de eius sanctitate Matth. xj. di. Inter natos mulieꝝ non surrexit maior iohe baptista. Deniqz spūssctūs testat⁹ est ei⁹ scriptē p ora boim. s. zacharie di. Tu puer pphēta altissimi vocaberis: pibis em̄ zc̄. Et oim q̄ audierūt ei⁹ miraculosū ortū ac natiuitatē. vt em̄ testat sacrum euāgeliū posuerūt oēs qui audierunt in corde suo cōmēdañ. memorie dicen. Quis putas puer iste erit. q. d. valde magn⁹ erit cui⁹ causa subdit. Etem̄ man⁹ dñi erat cuz illo. i. virtus dei operatiua miraculoz i ei⁹ annūciatōe ꝓceptōe z natiuitate oñ soz. Nec Lyra. Ad laudē ip̄i⁹ merito accipiunt̄ vba pmissa p ꝑmone Jurta q̄ tria mysteria hic pseq̄ libeat. s. ꝓpter que merito oēs admirañ. possum⁹ dicere de iohāne Quis putas iste est qz man⁹ dei cū illo.

¶ Primū de ei⁹ ortu mirabili.
¶ Secundū de ei⁹ vita angelicali.
¶ Tertiū de eius dignitate pgrandi.

℟ Circa pmuz de ortu mirabili Jobis sit p documēto ꝓclusioīs q̄ fm sacrū euāgeliū claret iohānē p miraculū dei dono generatū. Nā Luli. scribit. q̄ zacharias pr iobis z elysabeth vxor illi⁹ erāt ambo iusti añ deū incedētes in oīb⁹ mādatis dñi sine q̄rela. s. qz nulli nocebāt sz pacifice ꝓuersabant. z nō erat eis filius eo q̄ elysabeth esset sterilis z ambo ꝓcessissent in dieb⁹ suis. Et sic duplici ex causa carebāt prole. Una causa erat specialis in elyzabeth. s. sterilitas. Alia cōis in vtroq̄. s. senect⁹. qz ꝓcesserāt i dieb⁹ suis: ita q̄ trāsierat tēpus generādi in pre z ꝓcipiēdi in matre fm cursū cōmunē nature. Ex q̄b⁹ ptz iobis ꝓceptio miraculosa. qz nō fuit p naturā tm̄: sz p naturā gra dei adiutā. Nec Lyra. Simō de Cassia. Natura defecerat in parentib⁹ vt p nature legē nō possent generare: sz ex gra cooperante speciali. Sz circa hoc alique questiones occurrūt. p edificatiōe plurimoz de ipa sterilitate.

¶ Prima q̄stio de ei⁹ rōne.
¶ Secūda de remediatiōe.
¶ Tertia de gratuitate.

Prima q̄stio. Un̄ ē q̄ de⁹ alicui⁹ ꝓncipio claudit vteꝝ q̄b⁹ tm̄ puidz de ple in posteꝝ. Rūdet q̄ sterilitas ē i cōiugib⁹ q̄nq̄z ex malicia volūtaria. Nā Aug. xxxij. q. ij. c. Aliqñ. dicit. q̄ nō sūt ꝑe cōiuges sed meretrices z adulteri q̄ eo anio cōiūcti sūt vt plis generationē impediāt q̄ bonū matrimonij. vel q̄ venena sterilitatis procurāt: aut ꝓceptos fet⁹ intra viscera aliq̄ mō extinguūt. Nec Aug⁹. Un̄ talis ꝓditio vitiat matrimoniū fm doct. super. iiij. ita q̄ si apponat in ꝓtractu nihil agit. q̄ ē q̄ bonū plis. z iō ānullat matrimoniū. extra de ꝓdi. appo. ca. vl. Oñq̄z aūt sterilitas in priugibus nō imputat̄ p pcō. qz ē ꝑtervolūtatē ex aliq̄ cā vel naturali vel accidētali. Est tm̄ i obprobriū z pnij detrimētū nuptiaꝝ. qz dic̄ glo. Amb. sup Luc. j. Obprobriū ē mulieribus nō hie filios: nō hie pmia nuptiarū. ꝓ̄ q̄ ipe nuptie celebrant. sc̄z vt nūer⁹ electoꝝ in celo ipleat. Oñq̄z aūt ꝑ deus ipe facit q̄ claudit vteꝝ alicui⁹ ad tps vt postea mirabili⁹ denuo apiat. z nō credat libidinis ē q̄d nascit: sed ꝑ magis diuini muneris fore cognoscat. Oēs em̄ q̄s ex sterilib⁹ mulieribus recitat scptura esse natos: excellētes pueri legunt: vt patet de isaac nato ex Sara sterili vsq̄ ad. xc. annū Cui repromissa erat p xpm oim gētiū bñdictio. Jtē de Rachel sterili genit⁹ est Joseph dñs totius egypti. z Samuel sanctus ꝓpheta de Anna sterili. Sic z iohes baptista excellētissim⁹ sanct⁹ ex elyzabeth sterili. In his q̄ ꝓsolari possunt sterileꝝ.

¶ Secūda questio. Quid remediū debz adhibere. s. sterilis mulier vt habere possit prolem. Respōdet q̄ nullū aliud melius pōt remediū adhiberi q̄z deū orare p se z p alios sctōs viros. Sicut legit̄ de sancta anna. j. Reg. j. q̄ lachrymas fundebat cora dño. z Heli sacerdotē p orādo depcabat̄ p se. z sic plem sanctissimū Samuelē obtinuit. Sic z Rebecca que fuit infecūda: p oronē fusam a se z ab isaac ꝓcepit z peperit vt dicit Greg. Sic z sanct⁹ Joachim z Anna beatā virginē oratiōe obtinuerūt: vt ait Damascē. Un̄ stultissime z pessime faciūt ac peccāt qui in talibus remedia ab incātatricib⁹ requirūt. qz diabolus nō pōt plem dare boi. Sol⁹ em̄ de⁹ creat aniam humanā: vt ptz p magistrū in. ij. dist. xviij. ca. vl. allegās Aug. Dicimus ingt corpus tm̄ p priugij copulā seminari. creatōz vo aie solū

De sancto Johanne baptista

creatorē nosse: eiusq; iudicio corp⁹ cōpingi atq; formari in vtero: ac formato iā corpe aiam creari z infundi vt viuat in vtero hō ex aia ꝓstans et corpe. Nec z plura ibi. Nō pōt ḡ diabol⁹ vl' aliq̄ creatura p̄ter deū ꝓlem dare. qō etiā testat̄ p̄s. di. Qui finxit singillatim corda eorum q̄ intelligit oia opa eor̄. Sup q̄b⁹ ꝓbis Iero. sub anathematis vinculo ꝓdēnat illos q̄ dicūt aias humanas nō de nihilo singillatim a deo creari. Nec vbi sup̄. li. sentētia.

D Tertia q̄stio. Qualiter tā pentes q̄ steriles debeāt cū gr̄arū actōe ꝺo placere. Rūdet q̄ sic glo. sup Lu. j. dicit. Parentes magnas gr̄as debēt agere p ortu sc̄oꝝ filiorū sic fecerūt zacharias z elyzabeth. Et eadē glo. rōnē tāgit di. q̄ hoc ē magni meriti habere tales liberos heredes i celo. Subdit q̄z ibidem glo. di. sic. Diuinū ḡ munꝰ est fecūditas pentis. Agāt ḡ pentes gr̄as q̄ genuerūt. Filij agāt gr̄as q̄ genti sunt. Matres agāt specialiꝰ. q̄ honorant̄ p̄re mīs ꝓiugij. Stipēdiū em̄ sue militie sūt filij. hec glo. ptz li. originaliū. Deniq; steriles vt recōpensent sibi tale meritu⁹ debēt deo gr̄as agere p̄ sua volūtate: sic tñ q̄ ipi intēdāt fructib⁹ spūalib⁹ p̄ pietatis z misericordie opa. q̄ fructꝰ sunt ꝺo magis placidi q̄z carnales. Et q̄ forsitan deꝰ sic disposuit vt tales ꝓficiāt in spūalib⁹ fructib⁹ p̄ sua vtilitate salutis hoc mō. Uñ z p̄ter occupatōez circa ea q̄ ꝺi sunt viduitas p̄ferꝝ matrimonio. j. Cor̄. vij. Mulier innupta z v̄go cogitant q̄ dñi sūt vt sit sc̄ta spū z corpe. q̄ aūt nupta ē cogitat q̄ sunt mūdi. Et sic ptz q̄ bonꝰ deꝰ oib⁹ viā salutis

Circa secundū p̄ncipale de angelica vita Jobis q̄rit. vtr̄ Jobes sit merito vocatus ꝺi angelꝰ: cū em̄ fuerit mortalis hō sil'is nobis. vñ ḡ dici potuit ag̃elꝰ Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meū añ faciē tuā. i. Johannē. Ad hoc rūdet Chr̄yſ. sup Matth. di. sic. Puto inq̄t si nō est audacie dicere q̄ gl'iosior est Jobes q̄z hō fuit z si, p̄ meritū v̄tut̄ angelꝰ est vocat⁹ q̄z si noie angelꝰ z natura fuisset. Angelꝰ em̄ hoc ipso q̄ angelꝰ ē nō tātū ē v̄tut̄ p̄miū q̄ntū nature, p̄rietas Iste aūt mirabilis ē q̄ in hūana natura angelicā trāsgressus ē sc̄itatē, z hoc tenuit p gr̄az q̄ nō habuit ex natura. Nec Chr̄yſ. Et q̄ dicto Chr̄yſ. tria possum⁹ accipe documēta. Primū ē q̄ hō x̄pian⁹ in gr̄a ꝺi existēs plꝰ debet gaudere z deo gr̄as agere p eo q̄ factꝰ ē hō q̄z si fuisset angelꝰ factus. q̄z q̄uis ex natura hō sit inferior creatura q̄z angelꝰ: tñ p gr̄am x̄pi hō ē plꝰ dignificatus q̄z angelꝰ. q̄m deꝰ factꝰ ē hō. Et q̄z p gr̄az pōt hō mītis p̄ferri angelis: p̄mia celestia acq̄rēdo. Unde Bern̄. Plꝰ gaudeo bone ieſu me angelis p̄ferri p tuā gr̄am q̄z fuisse angelū p naturā. Scōm documentū q̄ hō pōt sic viuere q̄ p sua sc̄itate merito reputet deꝰ angelꝰ, sic z btūs Jobes vocatus ē angelꝰ: nō q̄dē p naturā sz z p̄rietate sc̄tēvite z ꝓformis v̄tut̄

F Si aūt q̄ras. Que sūt iste v̄tutes q̄ ex boibus efficiunt angelos deī fm p̄rietates. Rūdet fm doc. Prima ē puritas. q̄z p̄riū ē angelis esse puros ab oi inq̄nam̄to peccati. Uñ Dyoni. dic̄. q̄ angelꝰ est speculū purissimū deiformis bonitatis. Qui ḡ a pctis se cauet merito angelicaz vitā ducit. Jobes fuit purissimus. Unde Chr̄yſ. dic̄. Cōuersatio Jobis oim hominū vitā faciebat culpabilē appere. q̄c̄adm⁹ dū si videris albā vestē dicis. Satis cādida est. Si v̄o posueris eā iuxta niuez: incipit tibi sordida appere: etsi v̄e sordida nō est. Merito ḡ p̄ sua puritate Jobes vocat̄ angelꝰ dei. Sc̄a virꝰ est hūilitas. q̄z angeli sunt tā hūiles vt cū sint creature nobilissime: nō tamē dedignant̄ ministrare inferioribus. s. hoib⁹. Heb. j. Oēs sunt administratorij spūs in ministeriū missi, p̄ter eos q̄ hereditatē capiūt salutis. Per hūilitatē ḡ hō efficit angelic⁹. q̄z vt dicit saluator Lu. xviij. Qui se hūiliauerit exaltabit̄. s. ad ꝓsortiū angelorū. Talis fuit Jobes di. Nō sum dignꝰ solu. cor. tē. Tertius v̄tus est charitas. q̄z p̄riū est angelorū charitatē habere ad deum: ad se mutuo: z ad nos pctōres. q̄m in charitate sunt hūificati q̄ reguat in p̄ria. j. Joh. iiij. Deꝰ charitas est z q̄ manet in charitate in deo manet z deꝰ in eo. Aug. Charitas est excellentissimū donū q̄s soluz diuidit inter filios regni z p̄dītōis. Qui ḡ viuit in charitate angelicā vitā ducit. Beatꝰ Jobes ardentē charitatē habuit ad deū z ad oēs ex q̄ oib⁹ salutis viā p̄dicabat

B z etiā inimicis. s. herodi z herodiadi tē.

Tertiū documētū ē a ꝓrio. s. q̄ hō malꝰ p̄ vitia p̄pa demōib⁹ merito dr̄ diabolꝰ. Uñ z x̄ps dñs iudā vocauit diabolū p̄ malicia Joh. vj. dicēs Unꝰ ex vob diabolꝰ est. Si q̄ras. Que sūt ista vitia p q̄ hō efficit cōformis vt diabolꝰ dicat̄ Rūfm Hugo. de sanc. vicē. di. Duob⁹ inq̄t vitijs diabolꝰ ē diabolꝰ. s. superbia. s. z inuidie odio. Cui dicto ꝓcorda vbū p̄s. dicētis. Superbia eoꝝ: id ē dēmonū q̄ re odert ascēdit sp. q̄m i isti⁹ vitijs se iuenerant a p̄ncipio i p̄petuū. Et idcirco tertiū q̄ diabolꝰ ē diabolꝰ addit. s. obstinatio vel p̄seuerantia i malo. q̄z fm Iero. angelꝰ cū ē nō peccare. hūanū peccare z emēdare. sz diabolicū p̄seuerare. Et Chr̄yſ. li. de lap. dic̄ ꝓsiliter. Peccare hūanū ē in q̄t. sz p̄manere in pctō ē diabolicū. Et ponit idem Chr̄yſ. in omel'. ad Theodoꝝ exēplū di. Non est grā de cadere lucrātē sz iacere deiectū cū possz surgere. Nō ē p̄nicios⁹ in p̄lio vulnerari: sz post acceptū vuln⁹ desp̄atōe curādi medelā vulneri denegari. Nec ille. Ex istis ḡ p̄dictis ptz q̄ hō superbia z odio plen⁹ z in pctō obstinat⁹ mortali q̄cunq; merito diabolꝰ reputat̄ in terr̄. O ḡ pctōr erpa/ uesce pire cū diabolo z penitētiā age. O hō x̄piane Jobem sectare in puritate hūilitate z charitate: vt possis cū angelis societatē in celis habere. O aia x̄pi sanguie redēpta cur opa facis diaboli cui⁹ tamē etiā nomē habere erpauescis. Noli carissime esse diabolꝰ sed potiꝰ velis esse angelꝰ cū Johanne vt viuas in beatitudine.

¶ De sancto Johāne baptista Sermo quartus scz de ꝓuilegijs ipius.

Erit magnus co

ram dño Luc.j. ¶ Verba ista dixit angel⁹ gabriel de iobe baptista: cui⁹ festū deuote celebrare debem⁹. Tū ꝓpt iobis magnā scitatē. Tū ꝓpt nram extinde utilitatē z salutē. Nā ad id hortādo Bern⁹. i fmōe hodierno dic̄ sic. Hodie dilectissimi dies illuxit insignis. tāto dignitate ceteris sanctior: quāto sanctioꝛē hoiem effudit in terris. In hac siquidē die nat⁹ ē ille sctōꝝ splendor: iustoꝝ gl'ia: leticia angeloꝝ: excellentissimus hoim. Infra. Nōne magn⁹ sctūs ē quē p oib⁹ cōmēdauit dñs. Un⁹ inq̄t ē z scōm nō hz Deniq; teste dño Int̄ natos mulieꝝ nō surrexit maior iohāne baptista. Dec Bern⁹. Hz qm fm Greg. q̄nto q̄s deo acceptior ꝓ nob accedit intercessor: tāto facili⁹ obtinet qō petit. Jō debem⁹ ralē z tātū hodie deuote honorare vt ꝓ eū nram salutē valeamus obtinere. Et bē ē qō angel⁹ de iobe insinuat ipm cōmendañ. d. Erit magn⁹. s. sctūs cora dño scz interpellādo ꝓ hoib⁹. Ad laudē g̃ z gl'iaz iobis hec ꝟba merito accipiūt. iurta q̄ ꝓsequeñ. de magna scitate iobis notemus. xij. ꝓuilegia fm q̄ iohānes merito dr̄ magn⁹ cora dño.

¶ Primo in ꝓuilegijs natiuitatis.
¶ Secūdo in ꝓuilegijs sanctitatis.
Tertio in ꝓuilegijs ꝓgloriositatis.

¶ Circa ꝑmū sit ꝓ cōclusiōe. q⁹ btūs iobes baptista magn⁹ ꝓbat̄ ꝓ specialia natiuitatis sue ꝓuilegia. que sūt q̄tuor ꝓcipua.

¶ Primū ꝓuilegiū angelice ꝓnūciatiōis.
¶ Secūdū miraculose ꝓceptiōis.
¶ Tertiū ꝓfecte sanctificatiōis.
Quartū ꝓphetice illustratiōis.

Primū ꝓuilegiū. q⁹ ab angelo ē ei⁹ natiuitatis ort⁹ ꝓnūciat⁹: vt patz Lu.j. In q̄ ānūciatiōe plures habuit honores a deo. Primus honor q⁹ ab eodez angelo ē annūciat⁹ a q̄ saluator xp̄s iesus scz a gabriele. Un̄ Aug. in sermōe dic̄ sic ¶ Ja illō q̄nte ē gl'ie q⁹ zacharie sacerdoti seni z elysabeth sterili a gabriele. i. ab angelo illo fili⁹ ꝓmittit̄ a q̄ marie natiuitas dñi nūciat̄. ¶ Secūs honor q⁹ i loco sacro fuit annūciat⁹. s. in tēplo z in ei⁹ sctissima ꝑte. s. in sctā sctōꝝ q̄ sol⁹ pōtifex intrabat. vbi erāt area testamēti z tabule decalogi z manna z cherubim z ꝓpitiatoriū i q̄ dñs moysi appere solit⁹ fuerat. ¶ Tertius honor q⁹ in sacratissimo festo fuit annūciat⁹ qñ pōtifex intrabat sctā sctōꝝ semel in āno. ¶ Quart⁹ q⁹ cū grāli miraculo subsequēte est annūciat⁹: cū zacharias incredul⁹ factus ē mutus. Dec vt simplicib⁹ magis pateāt ꝓsequamur histori㬠breuiter. Legit̄ ꝗppe Luc.j. q⁹ Zacharias erat sacerdos. Sed qualis tunc fuerit. vtrū vicz sūm⁹ sacerdos: an nō sūm⁹ Amb. z Beda sup hūc locū vident̄ dicere q⁹ fuit sūmus pōtifex z eos sequit̄ Burgēsis. licz Lyra dicat ꝑiuz.

si assit mea imitatio. ¶ Sed qrit qli obse/quio possit bō xpo passo recōpēsatiōez vtcūqz sa tis acceptaz reddere. Ad b rñdet Bmb. sup Lu. lec. v. dicēs sic. Nihil est qō digne deo referre pos simus p suscepti5e carnis nr̄e. Quid g̃ p ℟beri/bus: qd pro cruce: obitu z sepultura reddamus licet crucē p cruce: fun⁹ p funere nunqd reddim⁹ cū ex ipso z p ip̄m z in ipso habem⁹ oia. Redda/mus g̃ amorē p debita charitate: p mūere g̃tiaz p sanguie p̄cioso pniam. Nec ille. Cōsulūt ergo pleriqz vt mgr̄ Jordan⁹ z etiaz Ludolph⁹ libro de meditatiōe vite xp̄i. saltem cōmunib⁹ hoib⁹ z simplicib⁹ vt p passiōe xp̄i q̃tidie in obsequiū de uotū special'r ꝓcurent. xv. Pater nr̄. dicētes q̃ an no cōpleto cuilibet vulneri xp̄i vnū pat nr̄ ꝓue/niet p annua q̃si pēsiōe. qz tot pater noster resul/tabūt ex hūs p annū q̃t fuerūt vulnera xp̄i. iuxta illos ℟sus. Septuagita q̃nqz q̃tercent milia q̃n qz. ℟. Tot ferk xp̄s p nob vulnera passus. De b latius sermone de Parasceues. Ad ꝓpositū Be atus Jacob⁹ oib⁹ q̃tuor modis p̄dict⁹ ad passi onē xp̄i deuotionē habuit. et sic ip̄m ad martyri um imitando meruit pati eodē die q̃ xp̄s. s. viij. kal'. aprilis vt ait Innocēt⁹: Christ⁹ aūt fm qō dicit Aug⁹. passus est z etiā annūciat⁹ ipso eodē viij. kal'. aplis. Et qm̄ p̄mus iter apl'os passus est p xp̄o: patet eius deuotio effectualis. ¶ Circa terciū p̄ncipale de valore deuotiōis er/ga passionē xp̄i Querit Ad q̃lia bona valet vl' q̃ les vtilitates cōfert boi deuotio erga passionem xp̄i. Rñdet q̄ fm doc. plurime assignant vtili/tates. ¶ Prima vtilitas ex acceptatōis. Ut em̄ dicit magn⁹ Alber. de missis: Simplex medita tio passiōis xp̄i plus valet z deo ē magr̄ accepta q̃z si qs iciunaret p annuz qualibet feria sexta in pane z aq̃. vel si disciplinaret se q̃libet hebdoma da p annū vsq; ad effusionē sanguis. vel q̃libet hebdomada legeret vnū psalteriū. Sed b puto intelligēdū q̄ ad charitat̄ augmentū dulciozis qz plus accēdit deuotionē fm Bern̄. Unū. j. Thi mo. iiij. Corpalis exercitatio ad modicū vtilis ē Lyra. s. ad rep̄ssionē ꝓcupiscētie. pietas aūt. s. de/uotionis q̄ ad deū z subuētiōis q̄ ad ꝓximū vti/lis est: p̄missionē hūs vite q̄ nūc est z tuke. Pro/inde narrat Ludolpus li. de medita. vite xp̄i. q̄ cuidā sctō viro deū exorāti vt reuelaret q̃le seruiti/ū accept⁹ deo foret: apparuit dn̄s iesus crucē baiulans z vulnerat⁹ ac dixit q̄ sup oia sibi ac/cepta est passionis sue deuota memoria. ¶ Se cunda vtilitas thesaurisatiōis vel meritozie ac/cumulatōis. vt patz ex p̄dict⁹ ℟bis magni Alb. Jē Bonauē. dicit. In passiōe dn̄i inuenies totū thesauz̄. s. meritoz̄ z salubriū bonoz̄. Idē dicit. Nil ita illūinat ad cognitiōez. nil ita accendit ad dilectionē. nil ita opat in aīa sctificatiōez sic dn̄i/ce passiōis memoria. ¶ Tercia vtilitas ex cura tiōis. Bern̄. sup Cañ. Nil tā efficax remediū cu/rationis q̄ oia vicia z tēptamēta sicut passionis xp̄i memoria. Nimiz q̄ supbiā vide in cruce ca/put xp̄i inclinatū. Contra auariciā ituere ei⁹ pau/ptatē z nuditatē. Contra luxuriā ℟gineū ei⁹ cor pus totū vulneratū. Contra irā lat⁹ aptum z pro inimicis exorantē. Contra gulā fellis z aceti pota tionē. Contra inuidiā vide brachia extēta ad am/plexādū. Contra accidiā pedes z man⁹ pforatas. Unū Esa. liij. Eius liuore sanati sum⁹. ¶ Ad id facit exēplū de pellicano. de q̄ dicit Jacob⁹ lib. de mirabilib⁹ orientaliū regionū q̄ serpētes odi unt eū. et cū exit nidū p pastu: serpēs subintrās pullos pūgit et occidit. q̄s ille rediens z videns mortuos: rostro pect⁹ apit z sāguie fuso pullos reuiuificat. ac q̄s viderit sibi cōpatientes i tali de/bilitate posito: illos in nido retinet pullos cete/ros ranq; degeneres naturalit̄ deiicit. Sic xp̄s cōpatiētes sue passiōis retinet z fouet z eos mor tuos i pctis viuificat sanguie suo. Unū xp̄s. Si milis fact⁹ sum pellicano solitudis zē. ¶ Quar ta vtilitas dulcificatōis. s. oīs laboris. Unū Bre. Si passio xp̄i ad memoriā reuocet nil tā durum q̄ nō eq̄ animo toleret. ¶ Quinta exoratōis. Unū Chrys. sup Matb. Nulla res est q̄ magr̄ petita obtineat q̄z mors z passio xp̄i. Exēplū de latro/ne q̄ iuxta crucem pendens z ozās mox obtinu/it paradisum. ¶ Sexta fruitiōis. s. p amorē sue uē Unū Bern̄. sup cañ. dicit. Sup oia te mihi ama bilē reddit bone iesu calix passionis quē bibisti. hoc est qō magr̄ z affectū stringit z deuotionem mulcet et iustius exigit. ¶ Septia gr̄e acq̃sitio/nis. Unū autoz li. de stimulo amoris dicit q̄ ois gr̄a acq̃rit z acq̃sita ꝓseruat ac augef p medita/tionē deuotā passiōis xp̄i. Et q̃cunqz aliquā gra tiā p̄diderit: p hāc recuperare poterit. vt ꝓz etiā i li/bro de horologio sapie. ¶ Octaua abūde ꝓsola tionis in hora mort̄. ij. Cor. j. Sicut abūdant passiōes xp̄i i nob: ita z p xp̄m abūdat cōsolatio nr̄a ꝓpt̄. s. spem salut̄. Nimirū tales ꝓsolatione securitat̄ hūt in hora mort̄. Dicere em̄ pñt illō Bern̄. q̃dā sermone dicēt̄. Merita mea mihi n̄ sufficiunt. s. ad gl'iam ꝓmerendā. g̃ fidenē q̄ ex me mihi deest vsurpo mihi ex vulneribus z passi/one dn̄i mei. Nec ille. ¶ Nona iocūdatiōis p̄ce celest̄. Cato em̄ gaudiū mai⁹ habebit hō in pa/tria q̃nto deuoti⁹ hic passiōem xp̄i coluit. Cum ꝓpt̄ p̄sentiā dilecti. s. xp̄i passi: quē videbit clare i celo. Cū ꝓpter amoris ei⁹ ardorē q̄ trāsformat in xp̄i similitudinē. qz vt Dyonisi⁹ dicit. amor hab⁹ vim trāsformatiuā z vnitiuā i amatū. Unū Esa. xij. Hauriet̄is aq̃s in gaudio de fōtib⁹ saluato/ris. i. de vulneribus xp̄i. hauriet̄ gaudia z dicetis in illa die. s. brōs exhortādo ad collaudādū. Cōfitemi inq̄t dño. s. recoḡscēdo ei⁹ b̄nficia z inuoca te nomē ei⁹. O q̄ntū ibi erit gaudium brōz oīm. O q̄nta laudis resonatio. q̄nta gr̄arū actio pro xp̄i passiōe. d. illud Apoc̄. v. Redemisti nos dñe de⁹ in sanguie tuo ex oi tribu z lingua z populo z fecisti nos deo nr̄o regnū. g̃ b̄ndictio z claritas

et sapientia z grārūactio honor virtus z fortitudo deo nr̄o in secula seculorū. O ḡ charissimi studeam⁹ exēplo bt̄i Jacobi z aliorū sctorū vt simus deuoti ad passionē xp̄i q̄tin⁹ talia bona ineffabilia ꝓseqūmur p ei⁹ meditationē. Et rogem⁹ dn̄m iesum vt bt̄i Jacobi meritis det nob nūc gr̄am et tandē gloriam Amen.

Pro sancto Jacobo Sermo. iij. de ipsius festi euangelio.

Dic vt sedeāt hi duo filij mei vn⁹ ad dextrā tuā et vn⁹ ad sinistrā tuā in regno tuo. Matth. xx. et in euāgelio hodierne festiuitat̄. ℣ Hec verba dixit mr̄ filiorū zebedei: b̄ est iacobi et iohānis ad xp̄m. q̄by postulat filiorū suorū honores z exaltatiões. Nā vt Piero. dicit. post q̄z dn̄s iesus p̄dixit discipul' passionē suā de ꝓio iminentē et q̄ die tercio esset resurrectur⁹: tūc hec mulier putauit eū post resurrectionē ilico regnaturū tpaliter et sic auiditate feminea. s. q̄ matres appetūt filiorū honorē: z cū b̄a filijs submissa: accessit ad iesum adorās z petēs. Dic inquit vt sedeāt hij duo filij mei vn⁹ ad dextrā tuam ꝛc. Lyra. i. vt sint tibi collaterales ꝛexcellētiores in reḡ tuo post te. Nō q̄dem regnū credebant fore tpale tanq̄z adhuc carnales z nōdū pfecte illūinati gr̄a spūssancti. Et q̄z hodie legit̄ b̄ euangeliū Jdeo hec ꝟba accipiendo de euāgelio p sermone tria mysteria notabimus ad hui⁹ scti honorē. scz Dic vt sedeāt hij duo ꝛc. scz p calicē xp̄i de q̄ mox xp̄s illos increpauit.

Primū de honoris hui⁹ petitione.
Secundū de dignitat̄ eius assecutione.
Terciū de regni celestis donatione. de q̄ xp̄s subiūxit d. Nō est meū dare vob sz q̄by patū ē ꝛc.

℣ Circa ꝑmū de petitiōe honoris hmōi sic ꝓcludūt ꝟbū Lbzyf. sup Mat. di. q nos xp̄iani nō debem⁹ a deo petere id qō nob videt bonū esse. sed qō ipe de⁹ viderit nob ad salutē expedire Et claret hec ꝓclusio ex euāgelio. Nā ꝺr. Accessit ad iesum mr̄ filiorū zebedei cū filijs suis. s. ꝓcijs hui⁹ petitōis z ex eorū cōsilio adorās z petēs aliq̄d ab eo. Lyra. Prio petiuit tm̄ in generali vt si sic cōcessisset: min⁹ posz postea sibi denegari in speciali. Qui dixit ei. Quid vis. non inrogauit q̄si nesciēs. sed vt petitio sua ex ei⁹ respōsione ꝓuenient⁹ oñderet esse irrōnabil'. At illa. Dic vt sedeant hij duo filij mei vn⁹ ad dextram ꝛc. i. vt sint collaterales tibi in regno. Respōdet ḡiesus. Ne sciz q̄d petaz. hoc dixit filijs. quia sciebat ipsam a filijs esse submissam. Ecce ḡ patet q xp̄s dn̄s redarguit istos p eo q petebant id qō sibi videbat bonū: nō tm̄ erat expediēs ad salutē. Sz circa hec tres q̄stiones occurrunt.

Prima de ipsa mulieris affectione.
Scōa de ista honoris temptatione
Tercia de petitionis redargutiōe.

Et Primo q̄rit Utrū mat̄ filiorū zebedei sit cōmēdabilis p tali affectiōe q̄ cupiebat suos natos fore collaterales xp̄o in suo regno. Rō q̄stionis est. qz affectio materna ad ꝓmotionē suorū filiorū est ex natura a deo indita. ergo nō videt q sit vitupabil'. Dicit em̄ phs. j. methaph. Propt̄ ea q̄ insunt nob a natura nec laudamur nec vituperamur. Mirū est ḡ cur cōditor nature xp̄s eius petitionem redarguit. Rñdet fm Lbzyf. z Rabanū alios q̄z simul doctores. q hec sctā mulier in aliq̄ cōmendat̄ z in aliq̄ repḥēdit̄. z cū hoc in aliq̄ excusat̄. qō patet sic. Prio nāq̄z cōmēdat̄ de hoc q ꝓpter xp̄m reliq̄rat virū adhuc viuū et cū filijs xp̄m seq̄bat̄. Et qz suis filijs nō terrena sed celestia postulabat. s. in regno xp̄i esse ꝓios xp̄o: qō fm se erat optimū. Un Lbzyf. cōmēdās eā in sermone hodierno sic dicit. Magna laus hui⁹ mulier⁹ ex b̄ loco colligit̄. Primū qz nō solū illi. s. filij sui reliq̄rant patrē sed ipsa etiā reliq̄rat virū suū z secuta fuerat xp̄m. Et infra. Nō eā vicit sicut ceteras mulieres maritalis affect⁹. qa illi⁹ amor carnalis deceptio erat. isti⁹ aūt. i. xp̄i dilectio incorruptibilis vita. Cogitauit ei qm̄ ampli⁹ ꝓdesset viro suo si ꝓpter deū reliq̄rit virū q̄z si ꝓpter vir̄ reliq̄rit deū. Et infra. Cete mulieres corp⁹ natorū suorū amāt: aiam aūt ꝓtēnunt. desiderāt illos valere in b̄ seculo et nō curāt qd sint passuri in alio. Alie diuitias vl' militias. alie honores filijs ꝓuident. z nemo filijs ꝓuidet deum. Nec aūt nō terrena sed celestia suis filijs optabat. Nec Lbzyf. sentētialiter ꝓsequit. Scōo hec mulier in aliq̄ repḥēdit̄. s. in hoc q xp̄m tpaliter regnaturū putabat fm q̄sdaz expositores. vl' qz ꝑmatū celestez filijs indiscrete petebat. vt patebit q̄stione tercia. Tercio hec mulier excusat̄. qz ser⁹ ipse excusabat errorē. simil'r et naturalis mat̄n⁹ affectus. q̄m matres natural'r filijs desiderant tria. Primo q̄tem pac̄. ideo dicit. Dic vt sedeāt Scōo honorē. iō dicit: vn⁹ ad dextrā ꝛc. Tercio diuitias. ideo dicit: in reḡ tuo. Proinde Amb. i omel'. dicit. Et si error: pietat̄ tm̄ (scz materne) error est z venerabilis cupiditas q̄ nō pecunie sed gr̄e est auida. Nec ille. Chriſt⁹ ḡ nō repḥendit eā sed filios q̄ debebāt magis intelligere scripturas de xp̄o. s. q nō esset xp̄s post sue resurrectōis gloriā tpaliter regnatur⁹ in hierl'm sicut rex terren⁹ in mūdo. put iudei z isti credebant. Sed heu q̄z multi sunt parētes q̄ parcūt filijs suis a debito labore z ꝓmittūt eos ociari: nō perpēdētes illud Eccl. xxxiij. Mlta mala docuit ociositas. Heu q̄z plurimi parētes adeo afficiuntur ad filios vt negligant etiā p illis ea q̄ sunt salut̄. Ue aūt talibus z ve q̄ ꝝ salutē aie sue z filiorū optāt illis honores z diuitias etiā iniuste acq̄sitas vel acq̄rendas vt fulgeāt h̄ z ꝓeant i futuro. Ad Secūdo q̄rit Cur diabolus viros sctos sicut et istos ap̄los temptare soleat de appetitu honoris. Ad qō rñdet Origenes. dicēs. q ideo diabolus de

appetitu honoris temptat homines. qz scit q̄ in nullo sic illaq̄are p̄ot hoīez sicut cū honoris appetitu ip̄m tēptat. Et hui⁹ rō. qz in honore cōstituto grauior erit et culpa z pena. Culpa q̄ppe grauior est. qz nō solū teneť rationē red dere p se ipso sed etiā p alijs. Heb. xiij. Obedite p̄positis ve strīs. Ipsi em̄ puigilāt q̄si rationē reddituri p aiabus vestris. Uñ Sap. vj. Judiciū durissimū fiet hijs q̄ p̄sunt. Iré z pena erit gr̄uior. quia vt ait Greg. de cura pastorali. z. ij. q. iij. p̄cipue. Scire debent inq̄t p̄lati q̄ si quersa vnq̄ ꝓpetrant: tot mortib⁹ digni sunt q̄t ad subditos suos p̄ditionis exēpla trāsmittūt. Bern̄. Veniet ad iudiciuz dura allegatio paupez clamor viduaz gemit⁹ et pupilloz. qz vt Sap. vj. Potētes potēter torm̄enta patient. Idcirco Aug⁹. viij. ꝯfessionū. Peto dñe vt oīs honoris mūdi facias me inexptez et tue gr̄e coheredē. ¶ Sed obij̄ci p̄ot. qz honor est p̄miuz virtutis. iiij. Ethicoz. virt⁹ aūt est sūme appetēda. g̃ z honor. Respondeť q̄ honor est duplex. Prim⁹ est honor virtutis de q̄ p̄cedit obiectio. et istū honorē oēs desiderare debemus vt essem⁹ virtuosi. Nā vt ibi. iiij. Etb. hō p̄mu⁹ nō est honore dign⁹. sed solus virtuosus est honorādus fm veritatē. Uñ cū q̄s cognoscit esse virtuosus vicz castus humilis pius obediēs ꝛc. habet causam honoris. Proinde Aug⁹. dicit q̄ antiqui romani colebāt virtutē z honorē p dijs. et eis duo tēpla cōstruxerūt sic sita q̄ null⁹ poterat intrare tēplū honoris nisi p̄trāsisset tēplū virtut̄ ad significandū q̄ nullus esset dign⁹ honore nisi p virtutē meruerit. Valde g̃ laudabile z desiderabile est esse virtuosum. Aug⁹. Tale donuz est virtus vt nullus eā opeť in nob nisi de⁹. Secūdus honor est potestat̄. et iste nō est desiderandus. qz vt ait Grego. Grādis honor g̃ue onus. Et Heb. v. Nemo sibi assumat honorem nisi vocat⁹ a deo. Uñ Chryſ. dist. xl. Multi. dicit. Quicūq̄z desiderauerit p̄matū in terra: inueniet ꝓfusiōez in celo nec inē seruos xp̄i cōputabit̄ q̄ de p̄matu tractauerit. Hec ille. ¶ Tercio q̄rit̄ Cur xp̄s dñs banc discipl'oz petitionē talit̄ redarguit di. Nescit̄ q̄d petat̄. Rñdeť q̄ ad docendū q̄ q̄ petūt ꝛpalia nesciūt q̄d petūt. Uñ notandū q̄ pl'a sūt genera hoīm q̄ nesciūt q̄d petunt in oz̄one a deo. Primo q̄ p̄matū petūt. Chryſ. Primat⁹ inq̄t fugientē se sequit̄ z desiderātez se fugit sicut vmbra hoīem inseqūntem. Cōuersatio g̃ melioz petenda est: non dignioz g̃dus. Hec ille. Secō nesciunt q̄d petūt q̄ ꝛpalia absolute petunt z vltra necessitatē. Aug⁹. Tpalia sunt sp̄ sub cōditiōe z cū moderamine ad necessitatē petenda. Sub ꝓditione inq̄z si videlicet expedīt ad salutē. Tercio nesciunt q̄d petunt q̄ vltionē inimico⁹ petunt. qz nec eis peccata dimittunt. Aug⁹. Unusq̄sq̄z talez indulgētiā acceptur⁹ est a deo q̄lē ipse dedit. primo Jacob isti apl'i nesciērūt q̄d petierūt. nec mirū qz adhuc erāt tūc carnales: nondū pfecte illūinati. quia sic peteñ. aut petebāt p̄matū terrestrē. z hoc absolute petere ñ licebat vt patuit. Aut si dicas q̄ petebāt p̄matū celestē: hoc petere sine labore z merito vite p̄sumptuosum est. sicut dicit Greg. Sine merit⁹ sperare nō spes inq̄t sed p̄sumptio est. Sicut isti petebant ex sola ꝯsanguinitate xp̄i celestē gloriā hr̄e. Iterū nesciebāt q̄d petebāt. qz ministrā petebāt q̄ō in iudicio erit reprobor̄. Ebry sost. Ego inq̄t vos vocaui ad dextrā et vos vr̄o consilio currit̄ ad sinistrā. Iré nesciebāt etiaz q̄d petebāt. qz scripturas carnal'r nō spūaliť intelligebāt. z errabāt sicut z iudei moderni de messia quē credūt tpaliter in hierl'm regnatur̄z sup oēm ppl'm terre: cōgregādo oēs dispersiōes israel in hierl'm. et ꝑ modo exponūt scripturas ꝓphaz de hierusalē loq̄ntiū: vt est .. lud ... Pſ. Edificās hierusalē dñs dispsiones isr̄l congregabit. Cū ēm in scriptur̄ hierl'm accipiať aliqñ (vt ibi) p scīa eccl̄sia in fidei vnitate ꝯgregāda ex oīb⁹ hoīb⁹ et gentibus mūdi. Aliqñ aūt p supna ciuitate celesti. vt Esa. lx. de vtraq̄z acceptione dr̄. Surge illūinare hierl'm qz venit lux tua. i. fidei xp̄i lumē. Et subdit. Nō erit amplius sol ad lucendū nec splendor lune sed dñs de⁹ erit tibi i lucē sempiternā z gloriā tuam. Hoc de celesti z nō de alia hierl'm pōt verificari. Et sic patet q̄ iudei errāt de hierusalē regno. et ꝑ mō isti apl'i nesciebāt regnuz xp̄i. Uñ et Bed. j. interrogauerūt discipuli di. Dñe: si in tē pore hoc restitues regnum israel scz ablatuz per romanos. vt patet.

¶ Circa secūdū p̄incipale de digna acquisitiōe scz bonoris et glorie celestis et quentione sit p cōclusiōe verbū Chryſ. di. sic. Magnū laborē nescisse est impēdere (qz debem⁹ calicez xp̄i bibere) sit volum⁹ ad regnum celeste quenire. Declarat̄ ex euāgelio. qz xp̄s dñs discipulis petentib⁹ honorē collateralē xp̄i interrogauit eos di. Potestis bibere calicē quez ego bibitur⁹ sum. Et illi respōderūt. Possum⁹. q̄ō fm Chryſ. dixerūt tanq̄z ignarī q̄d videlicet leuis esse temptatio passiōis. sic et Petr⁹ di. Tecū par⁹ sum in mortē ire z ē. nam in passione oēs fugerūt a xp̄o. Sed cur sic interrogauit xp̄s nisi vt ostēdat q̄ p calicē debem⁹ p̄uenire ad regnū. Dixit g̃. Calicē meū biberis.

¶ Querit̄ hic q̄lib⁹ signis cognoscit xp̄ian⁹ q̄ de calice xp̄i fuerit potatus. Rñdeť fm doc. Primū signū est extinctio siti mūdane cupiditatis. Aug⁹. Qui biberit de fluuio paradisi: restat q̄ in eo extincta sit siti buius mūdi. iuxta illud saluatoris dictū Joh. iiij. Qui biberit ex aq̄. s. gr̄e quā ego dabo: nō sitiet in eternum. Uñ Chryſ. Nil est q̄ō amet sup terrā q̄ donū dei i vitate gustauit. Secūm signuz frigefactio et horror carnalitatis Grego. sup Ezech. Hustato spū. s. xp̄i desipit oīs caro. Terciū signū lachrymaz effusio pro peccatis Pſ. Potuz dabis nob in lachrymis in mensura. i. fm mēsurā peccatoz nostror̄. Idē. Calicē salutar̄ accipiā z nomē dñi inuocabo. Isiō. de sum.

bono. O pnia qđ de te dicā exp̄mere nō valeo vt volo: melior es auro: rutilantior sole: p te mors destruit: diabolus fugat: infern⁹ claudit: celum aperit. s. vt pctōr ad ꝓuiuiū celeste xp̄i admittat. De hoc bibit petr⁹ z magdalena. et xp̄s qū pctā nr̄a defleuit vt ostēderet nob̄ flendū si volum⁹ cuz eo in celo cōuiuare. Unū z Matb. v. ait. Vri qui lugent qm̄ ipsi ꝓsolabunt. Quartū signū inebriatio diuine charitat̄ q̄ bō paratus est mori amore christi q̄z peccare vl' ab eo velle separari. Ps. Calix meus inebrians q̄z p̄clar⁹ est. Iste est calix q̄ ꝓpinat sanguis xp̄i. de q̄ speciali⁹ exemiauit xp̄s Johānē z iacobū di. Potestis bibere calicē. s. passiōis quē ego bibitur⁹ sum. Ubi Raban⁹ dicit q̄ calicē xp̄i bibūt q̄ amore xp̄i pati sunt mori q̄z xp̄m offendere. et b̄ mō oēs ap'li biberūt calicem xp̄i. Unū z Johānes bibit calicē xp̄i qñ in doliū feruentis olei est posit⁹: mori p xp̄o parat⁹: licet diuino miraculo fuerit p̄seruat⁹. vt de eo dicit Hiero. z Beda. z Lyra addit q̄ etiā calicē bibit qñ fuit in exiliū missus: qđ est q̄dā mors ciuilis. Jacobus aūt bibit xp̄i calicē qñ p xp̄o est decollat⁹ vt patuit in legēda. O g̃ xp̄iane accipe exemplū a sanctis vt ꝓtenas mundū z carnis desideria. z luge as p pctis. z tantā charitatez habe ad xp̄m q̄ sic ipse sanguinē fudit p te: sic z tu vsq̄z ad sanguiez z mortē resistas peccat̄. Nā hoc mō debes calicē xp̄i bibere si vis regnare. Heb. xij. Recogitate eū q̄ ta. sustī. a pecca. cōtradic. vt nō fatig. ani. vestr̄ defi. nōdū em̄ vsq̄z ad sanguinē restitistis aduersus peccatum ꝛc.

¶ Circa terciū de regni celest̄ donatiōe. q̄ dicit in euāgelio xp̄s. Sedere inq̄t ad dextrā vel ad sinistrā meā nō est meū dare vobis: sed q̄b⁹ paratuz est a patre meo. De b̄ ergo q̄rit̄ quō intelligenda sunt hec ꝓba xp̄i dicēt̄. q̄ nō est suū dare regnuz celoꝝ discipulis ist̄is: cū tū Matb. vl. dicit. Data est mihi potestas oīs in celo z in terra ꝛc. Item isti discipuli respōderūt q̄ ꝑfect̄ bibere calicē xp̄i. z xp̄s ꝓfirmat d. Calicē meum bibet̄. Mirū g̃ q̄ sic eisdē dixit: Nō est meū dare vobis ꝛc. Rndet̄ q̄ illud dictū christi tripl'r exponit ꝑm doc. Primo ꝑm Chrys. de xp̄i potestate ꝑm būanitatem quia xp̄s banc potestatē dādi regnū celoꝝ a patre accepit z nō habebat a se ꝑm humanitatem. Unū et Remigi⁹ dicit. Sedere ad dextrā meā vl' sinistrā nō est meū. i. būanitatis mee ꝑm quam sum vester ꝓsanguineus: dare vobis. sed ꝑm diuinitatē in qua sum pater eq̄lis meū est. Secūdo exponit de donatione ꝓpter cōsanguineitatez

Unū Remigi⁹. Nō est meuz dare vobis rōne cognatiōis carnalis sine merito et labore. Sic em̄ isti petebant ꝑus p̄miū anteq̄z habuerunt meritū: cū tū vt ait Greg. ad magna p̄mia pueniri ñ potest nisi p magnos labores. Sicut res p̄ciosissima nō compar̄ vili precio. Sic beu q̄z multi christiani moderni q̄ nolunt peccata cauere nec merita accumulare: et tamē volunt ad regnū celoꝝ et sperant sic puenire. cum tñ dicat ap'l's. ij. Thimo. ij. Nō coronabit̄ nisi q̄ legitime certauerit. Ideo Chrys. sup Matb. Nō solum debem⁹ inq̄t cogitare q̄lem gloriaz conseq̄mur: sed quō cuadamus ruinā peccati. quia in seculari bello qui solum p̄de intrēdit difficile vincit. Proinde et Grego. xxiij. q. iiij. Obtineri. dicit. Ipsa pennis regni p̄destinatio ita est ab oipotēte deo dispositā vt ad hec electi ex labore pueniāt. Aug⁹. Qui nō laborat in semine nō gaudebit in messe. O g̃ peccatoz age penitentiā. Tercio exponitur de discipulorū statu quo tūc erant indigni ꝓpter superbiam z elatā mentē. Unde Remigi⁹ et etiā Lyra. Non est meū dare vobis in illo statu in quo estis. id est superbis z nōdū humiliatis: talibusq̄z quales vos estis. sed būilibus z mundis a peccato q̄libet quib⁹ paratuz est a patre meo. Et q̄bus patet ꝓ finali cōclusione q̄ nulli peccatori daturus est christ⁹ regnū celorū: nisi vere penituerint et in vera penitēcia decesserint. Ad qđ accipiamus exemplū ex miraculis beati Jacobi. ¶ Quidam nanq̄z miles visitauit sepulchrū beati Jacobi. tandē in via infirmatus per triduum factus est mutus. Sed cum ad ꝓuidendū saluti hortaret̄ a socijs: nec posset respōdere. Ecce die quarto respirañ. dixit. Gratias ago deo et sancto Jacobo quia eius meritis sum liberat⁹. Cum em̄ monebatis me ad salutem: demones tam grauiter me constringebant vt nil loq̄ possem. Sed nūc beatus Jacobus veniens demones a me repulit et loquelam restituit. Vocate ergo sacerdotē. quia diu in hac vita esse nō possum. et cōuersus ad vnum militez astantem dixit. Amice noli amodo ipsi domino tuo militare. quia veraciter mala morte moriturus est in ꝓximo et damnabit̄ nisi forte penituerit citius. Ipse ergo confessione facta bene in domīo mortuus sepultus q̄z est. Et postea miles ille domino suo hec verba cum retulisset: ille paruipēdit. nec vitam correxit. Et post modicuz lancea confossus subitanea morte expirañ. damnatus est. Ecce patet ꝓpositum. O ergo beate Jacobe ora pro nobis ad dominū vt salubriter morieñ perueniamus ad vitam eternam.

¶ Pro sancto Jacobo Sermo quartus. scilicet de regni celestis possessione quam petiuit in euangelio.

Sedere ad dexteram meā et ad sinistram nō est meuz dare vob. sed q̄b⁹ paratuz est a p̄re meo Matb. xx. z in euangelio hodierne festiuitat̄.

¶ Sicut gl'iosus Hiero. sup Ps. li. vj. dic̄ Regnū inq̄t celoꝝ non est dantis sed accipientis Non em̄ est ꝓsonarū acceptio apud deuz. sed q̄cunq̄z se talem prebuerit vt regno celorum dignus fiat: hic accipiet quod nō est paratū ꝓsone

sed vite. Nec Hiero. Propꝛea dñs Jesus cū beati discipuli sui Jacob z Iohes vellēt z petiuissēt p matrē vt in regno xpi essent excellētes z christo collaterales rōe ꝓsanguineitatis vt ait Raban⁹ z Remigius voluit ostēdere q̄ ꝓsonā nō accipit sz ratione consanguinitatis: vel etiam cuiusq; dignitatis. sed q̄ meret virtutib⁹ illi regnū celoꝝ dabit. Uñ eos de tali petitōe reꝑhēdit dicēs. Nescitis q̄d petatis. z tādē interrogauit si possent p meritū imitatōis calicis xpi acq̄rere. Ac i fine euāgelij dixit hec ꝟba. Sedere ad dexterā vl sinistrā meā nō est meū dare vobis tāq̄ ꝓsonis ꝓsanguineis ratōe ꝓpinq̄tatis carnalis: sed oib⁹ q̄b⁹ patū est a ꝑre p q̄litate suoꝝ meritoꝝ. In q̄b⁹ ꝟbis ad honorē beati Jacobi tria mysteria hic notem⁹

Primo de assessiōe. s. ad dexterā christi
Secūdo de ꝓpatōe. s. celestis regni. Nec i the/
Tercio de suffragatōe. s. meri/ (mate patēt
torū Jacobi apli. q̄ō addimus

¶B Circa ꝑmū de assessiōe iuxta xpm q̄rit q̄ les hoies digni sunt sedere iuxta christū in celesti gl'ia. Ad q̄ō rñdet ꝑm scꝑturas z doctoꝝ dictamina q̄ ꝑcipue q̄ttuor sunt genera hoim q̄ digni sunt sedere i celo iuxta xpm ꝓpi⁹ ceteꝛ⁹ paribꝫ

Primi sunt innocentes
Scōi sūt p xpi amore mūdū ꝓtenentes
Tercij sunt virgines
Quarti sunt martyres

Primi sunt innocētes. de q̄b⁹ dicit ps. Innocentes z recti adheserūt mihi. z b i ꝑsona xpi. Idem. Quis ascēdet in mōtē dñi aut q̄s stabit i loco sancto eius. Innocēs manib⁹. i. op⁹ib⁹: q̄z man⁹ ē organū organoꝝ. iij. de aia. z mūdo cor. zc. Propꝛea z Sap. vj. Incorruptio facit ꝓximū cē deo Lyra. Incorruptio. i. puritas a pctō facit esse ꝓximū ꝓpe similitudinē ad ipm q̄ est sctūssctōꝝ. Exēplū de btā ꝟgine Maria q̄ ꝓpe mūdissimā puritatē sup oēs angelos est sedēs ad dexterā christi. Uñ Aug. de vita xpiana dic. Nihil deo dignius: nihil charius esse pōt q̄ innocētia. Sz q̄rit q̄d est vera innocētia. Rñdet Aug. li. de ꝟa innocentia. Est inq̄t q̄ nec sibi nec alt̄i nocet. Et sic ptz q̄ ille ꝺr vere innocēs q̄ nec sue aie nocuit p q̄cunq; pctm: nec alteꝝ lesit quoq; modo iiuste. Quid g̃ erit ꝺ impijs z nocētib⁹ vtiq; sedebūt cū diabolo. ¶C Scōi sunt primi assessores xpi. s. amore diuio ardētes: z p xpo oia mūdi ꝓtenen. Naz Mat. xix. interrogauit xpm Petr⁹ di. Ecce nos reliq̄m⁹ oia z secuti sum⁹ te q̄d g̃ erit nob. Rñdit ihesus di. Uos q̄ secuti estis me sedebitis sup sedes duodecim in regeneratōe cū sedebit filius hois sup sedē maiestatis sue zc. Uñ Bre. li. v. moral'. dicit Quisq̄s stimulo diui amoris excitat⁹ hic possessa reliq̄rit illic pculdubio culmē iudiciarie ptātis obtinebit vt sit cū iudice sedeat. Si petas: q̄ rōe tales debēt esse primi xpo in celo. Rñdet q̄ iter oim btoꝝ choros spirituū sūmi sūt seraphin q̄ interp̄tant ardētes amore diuio. z magis elōgati ab ist⁹ inferioꝝib⁹ q̄ sūt deo vicinissimi ꝑm Dion. de ange. hierar. g̃ q̄ illos imitāt amore diuio cōformi vt ab oib⁹ terrēis elōgati in xpi amore fuerint feruētiores z altiores tāto ꝓpinq̄ores erunt xpo i celo. Exēplū de apl'is q̄ xpo vt dic Dion. sicut seraphin tenēt vicinioꝝ g̃dū ¶D Tercij xpo ꝓxi sunt ꝟgines. q̄z scribit Apoc. xiiij. Uirgines em̄ sūt: hij sequūt agnū. i. xpm q̄cūq; ierit. Sine macula em̄ sunt ante thronū dei. Si q̄ras. Nū q̄d soli ꝟgines sequūt xpm i celo q̄cūq; ierit. Rñdet ꝑm Lyrā z alios doc. q̄ ideo ꝟgines dicūt xpo vbiq; seq̄ magis q̄ alij. q̄z sequūt xpm nō solū p viā mādatoꝝ sed etiā p viā ꝓsiliꝝ inter q̄ ꝟginitas est altissima z xpo ꝓformatiua. Uñ angelicares speciali⁹ ꝺr castitas p quā hoies angel' assimilant vt dic Chryꝰ. sup Mat. z sic licz z alij sancti ac bti xpm sp seq̄nt ꝑm suū g̃dū: ipi tñ ꝟgines speciali⁹ seq̄ dicūt. ¶C Quarti sūt martyres. hij ei ꝓximiores sedēt ad xpm rōe ꝑmū altissimi: quia vt dic glo. sup Heb. xij. Perfectioꝝ charitas nulla pōt esse illa ad quā sancti martyres ꝓuenerunt. Et ideo ptz ꝓpositū. q̄z ꝑmū essentiale coꝛrespōdet charitati ꝑm doctores. Proide Apocal'. iij. Qui vicerit. s. insultū mūdi z carnis ac diaboli q̄ victoria est excellētioꝝ p martyriū. seq̄t. dabo ei sedere mecū i throno meo. Lyra. i. q̄rē i celesti regnō sic z ego vici. s. p passionē meā: z sedeo cū patre meo i throno ei⁹. z sic patz. Ad ꝓpositū. Beatus Jacob apl'us p̄lima hoꝝ habuit: q̄z xpi amore plen⁹ oia pctā cauit: mūdū ꝓtēpsit. z oia amore xpi reliq̄t: ac seipm p xpo i morte obtulit ac martyrio gl'iosō coronat⁹ ē. g̃ sedet cū christo ꝓius

¶E Circa scōm de ꝓpatōe regni celestis ꝑmo querit vtrū de⁹ a ꝓncipio parauerit regnū celorū p angel' poti⁹ q̄ p electis hoib⁹. Rō q̄stiōis ē q̄z Strabo sup Gen. dic. Celū empyreū. i. igneū dicit vel intellectuale q̄ nō ab ardore sed a splēdore igneū dicit. q̄ statim factū repletū est angelis. ergo videt q̄ p angel' factū ꝓncipali⁹ tanq̄ p loco eoꝝ. Sed ex ꝓcēnti q̄z scīuit de⁹ angelos casuros voluit esse z p hoib⁹ electi in locū ruentiū angeloꝝ deputādū. Sz in ꝓximū vident sonare ꝟba xpi dicētis in euāgelio q̄ a ꝑre patū est hoib⁹. vt i themate patet. z etiā Mat. xxv. Rñdeo g̃ ad q̄stionem. Autor libri ꝓnostico ꝓ allegat Gregoriū dicētē sic. Nō fecit de⁹ nos vt gehenne tradat igniq; ꝑpetuo. regnū celoꝝ ꝓpe nos: gehenna ꝓpe diabolū facta est. Et b ita esse ex euāgelio docetur. Ipe em̄ dñs dicet hijs q̄ a dextris erūt. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. Illis aut̄ q̄ a sinistris erūt dicet. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est: Nō dixit vobis: sed diabolo z angelis ei⁹. Sic ergo ꝓpter diabolus gehēna ignis: et ꝓpter hominē regnū celorum a cōstitutōne mundi ꝑpatū est. Nec lib. ꝓnostij corū. Ex quib⁹ o hō ꝑpende mirā circa te clementiā creatoris z bonitatē dei. Tum quia nō fecit

te ad dānationē. Tū qz ad gl'iam celestē cōseqn/
dā creauit te. Tū qz licet angelos in celo creaue/
rit:tñ talit̄ p te fecit hoc vt int̄ eos habites btifi/
catus. nec min⁹ vult de⁹. s. q̄ztum ex se btificare z
saluare te q̄z angelos et oēs brōs q̄ ad volūtatez
añcedētē. j. Thim. ij. Qui vult oēs hoies saluos
fieri. Nōne gauderes si scires te p̄destinatū in regē
sic in ꝓposito. ¶ Secda q̄stio ozit: q̄libus si
gnis ꝓbat regnū celoꝝ fore pot⁹ p hoie factum
Ad qđ respōdēdo colligunt p̄cipua signa ex sctō
rū dict̄ int̄ alia tria. Primū ex oīm seruitute. s.
ipsi hoi. qz vt dicit mgr in. ij. libro. dis. j. ca. Et sic
fact⁹ est hō ꝓpt̄ deū. i. vt ei seruiret. ita mūdus fa/
ctus est ꝓpt̄ hoiem vt ei seruiret. Et infra. Totū
igit̄ hois bonū erat. Ut em̄ ait apl'us. j. Coꝝ. iij.
oia nr̄a sunt. supiora q̄dē nr̄a sunt ad ꝓfruendū
vt de⁹ trinitas. eq̄lia ad cōuiuendū. s. angeli q̄ et
si nob mō sint supiores: in futuro erūt eq̄les q̄ z
mō nostri sunt qz ad vsum nob sunt. Nā angeli
ꝓpter nos in misteriū mittunt. Idē q̄z ca. se. dicit
q̄ etiā si nō peccasset angelus fact⁹ fuisset hō. Et
in fine dicit. nostra igit̄ sunt supiora et eq̄lia. nr̄a
etiā sunt inferiora qz ad seruiēdū nob facta. Hec
ille. Et sic patet secundū signū ex ipsa celi empy/
rei cōditione. qz vt Bonauē. sup. ij. dis. ij. q. j. ar. j.
z. q. ij. tāgit. Celū empyreū factū est a deo tūno/
sum ꝓfecta lumiositate p̄ncipal'r ꝓpt̄ habitatio/
nē hois btī: vt habitatio ꝓgruat suo habitatori.
id est homi in corꝑe gl'ificato: qm̄ loc⁹ ꝓueniens
esse debet locato z ꝓportionatus. iiij. Obsicoꝝ.
Nā z mot⁹ celi stellati non est nisi ꝓpt̄ obsequiū
hois viatoris. iō nūero electoꝝ cōpleto non erit
reuolutio. Nec ibi Bonauen. z pl'a. q̄b patet q̄
p̄ncipalit̄ ꝓpt̄ hoiez factū est celū. Terciū signū
ex ipsa hois gl'ificatiōe. qz hō maiozi gl'ificā
dus est finaliter et simpl'r loq̄ndo q̄z angelus in
ipso celesti reḡ. Nā z in vtroq; sexu hō ꝓposit⁹ est
in gl'ia angelis. s. in xp̄o z matre ei⁹ q̄ exaltata est
supꝝ oēs chozos angelorū. Nec ex Bonauē. sup
iij. dist. xxxij. ¶ Tercia q̄stio p simplicioribꝫ
q̄lit̄ quisq; hoim possit sibi in celo paratū habe
re locū. qz fortē dicat q̄s. Ego nō possum assēq̄ il
la magna p̄mia p̄dicta vt sim iuxta xp̄m: quō g̃
habeā ibi aliquē saltē inferiorē locū scire cupio.
Ad qđ rñdet p̄m sc̄pturas q̄ cōmuniter quo ad
oēs hoies q̄ttuoz p̄cipue leguntꝫ q̄b regnū ce/
loꝝ dōr fore paratū hoibꝫ. Primū est pnie vitas
et hoc p salute pctōꝝ. Vñ Matth. iij. Penitētiā
agite appꝛopinq̄bit regnū celoꝝ. Aug⁹. Qui pec
cata p pniaz deleuerit angeloꝝ cōsors in ꝓpetu/
um erit. Nā Lu. xv. Gaudiū est angelis sup̄ re.
Secūdū est charitas q̄ claret in obseruātia p̄ce/
ptoꝝ. Isa. lxiij. Et. j. Coꝝ. ij. Nec ocul⁹ vidit nec
aur̄ audiuit nec in cor hois ascēdit q̄ ꝓparauit de/
us diligētibꝫ se. et Job. xiij. Qui habet mādata
mea et seruat ea ille ē q̄ diligit me. Terciū est hu
militas. Matth. v. Beati paupes spū qm̄ ipso/
rū est regnū celoꝝ. Aug⁹. Paupes spū sunt hu/
miles. Itez Mar. x. Sinite paruulos venire ad
me: taliū est em̄ regnū celoꝝ. Et Lu. xij. Nolite ti
mere pusill⁹ grex qz ꝓpla. p. m. da. v. regnū. Am
bro. Si q̄s vult cape xp̄i maiestatē sequat̄ eius
humilitatē. Quartū misēdie pietas. Nā Matth
xxv. dicturꝰ est xp̄s oibꝫ electis. Venite bñdicti pa/
tris mei ꝓcipite regnū q̄d vob paratū est ab ori/
gine mūdi. Sequit̄ ibidē ō misēdie merito. Esu
riui em̄ z dedistis mandu. sitiui z dedi. bi. zc. Et
infra: Quod vni ex minimis meis fecistis mihi
fecistis. Hīs ergo operibꝫ cōmunes oēs hoies
possunt sibi locū parare in celo. Sed q̄d de hīs
qui etiā hec renuunt. s. p̄enitentiā: p̄ceptoꝝ obser
uantiā: humilitatē z pietatem. ve z ve eis q̄a in/
digni celesti habitaculo in infernū descendēt. O
ergo xp̄iane pctōr scito qz nō habes hic manen/
tem ciuitatē sed oportet te velis nolis exire. Age
ergo pniam vt sis in celo. ℣

¶ Circa terciū p̄ncipale de suffragatione meri/
toꝝ bti Jacobi Nota ꝓ ꝯclusione q̄ oēs fideles
debent beatū Jacobum deuote honorare. Ra/
tio. q̄a eius merita legunt̄ inuocantibꝫ in qua/
cunq; necessitate suffragasse. vt patet p plura
miracl'a de eo scripta e q̄b aliq̄ hic ꝓponamus
Primo em̄ debent inuocare in captiuitate detē/
ti. Ut em̄ dicit Calix. papa. Quidā vir de episco/
patu Mitinen̄ capt⁹ z in ꝓfundū turr̄ iniectus
et catenat⁹ btm̄ Jacobū inuocauit. cui sanctus
apparēs confract̄ carenis ad summitatē turris
illum eleuauit. et inde sine aliqua lesione vnicū
saltum fecit: cum tamē turr̄ erat altitudinis. lx.
cubitoꝝ. et sic incolumis euasit. Item q̄dā mer/
cator a q̄dam tyrāno iniuste spoliat⁹ z capt⁹ de
uote sanctū iacobū inuocabat. Cui sanctus ap
parens vigilantibꝫ custodibꝫ ad turris summi
tatē ꝓduxit illum z turris se iclinauit adeo q̄ si/
ne saltu in terrā descēdit z recessit. quē custodes
insequēn licet iuxta cum ꝓgerent tñ eū non vide
bant. Itē refert discipul⁹ q̄. xx. christiani a sarace
nis capti deuote sanctū iacobū inuocarūt et ap/
paruit eis di. Ecce assum: et soluit vincula eorū
et libere abire fecit. Secundo inuocare debent
calūnia passi. Ut ei ait Calixt⁹ papa. Theutho
nicus q̄dam circa annū dñi M. xx. ad sanctuꝫ
Jacobū ꝓgens cum filio suo ꝓuenerūt Tholo/
sam quos hospes inebriauit et in illorū malba
cipho argenteū abscondit. Mane exeūtes insē/
quit̄ z eis furtum cipbi obiecit et ad iudicez eos
rapiens: cipbus apud illos inuenit̄. z data sen/
tentia vn⁹ eoꝝ suspēdio iudicat̄ z oīa q̄ habebāt
hospiti tradunt̄. Sed cū filius suspensus fuisset
pater ad sanctū Jacobū merens ꝓgredit̄. Tādē
post trigintaser dies rediens ad corpus filij di/
uertit lametañ. Et ecce filius de patibulo dixit.
Pater ne fleueris quia mihi optime est. Nā san
ctus Jacobus me sustentat z celesti dulcedie re
focillat. Qđ pater audiēs ad iudicē cucurrit cui
hec nunciauit. Et ille vt dicit tūc in mēsa coram

De sancta Anna

se habebat assatū pullū z dixit. Sicut ipossibile est hūc pullū reuiuiscere: ita ipossibile est tuū filium viuū manere in patibulo. Ad qō mox pullꝰ viuificatꝰ miraculose de scutella euolauit. Unō iudex cū iuratꝭ ciuibꝫ venieñ z ppli: filiū pegrini incolumē deposuerūt. z hospitē illum iniquū suspēderūt. oiaqꝫ eiꝰ bona iſtꝭ dederūt. et sic cū gaudio redierūt. ¶ Tercio q̄z inuocare debent egentes. Refert Calix. z Discipulꝰ q vir q̄dā ad sctm̄ Jacobū pperās z inde rediēs egere cepit z mēdicare erubescēs angustiabat valde pre fame. Sctm̄ ḡ iacobū implorañ cū dormiuisset somniabat q sctūs iacobꝫ eum pasceret: euigilañ succinericiū panē ad caput reppit. de q̄ q̄ndeciz diebꝫ bis q̄ti die sufficiēt comedeñ altera die sp eundē panez integrū inueniebat. ¶ Quarto debent inuocare oēs p euasiōe eṙni supplicij. Refert em̄ Hugo ō sctō vic. q cuidā pegrino ad sctm̄ iacobū pgenti diabolꝰ in specie sctī Jacobi apparuit. z de miseria hui⁹ vite plura cōmemorañ asseruit felicez se esse si seipm̄ necaret. qō cū ille fecisset: ecce tandez cū sepeliri deberet in agro: mox reuixit et narrauit quō ad thronū iudicij ductꝰ z accusatꝰ fuerit a demonibꝫ. z cū deberet damnari eṙnaliter: ecce btūs iacobꝫ occurrit et vt vite restitueret p pnia faciēda obtinuit. Itē aliꝰ etiaz iuuenis cū se occidisset z ei fouea ad sepeliendū pararet subito reuixit z narrauit q eṙ btō iacobo deuotꝰ fuerat in vita ipse btūs iacobꝫ coz̄ btā ỽgie in pīsentia sctoz mlt̄oz inṫcessit ne hec aia piret. z vite restituit. Hec sufficiāt. O ḡ btissime xpi apl'e Jacobe hūiliter inuocamꝰ: vt p tua merita impetres nobis a xpo liberatoēz ab oibꝫ malis z pcipue a damnatiōe ppetua: ac gratiā in pñti z gl'iaz i futuro Amē.

¶ De sancta Anna Sermo pmus scz de eius pcelsa sanctitate cum hiſtoria.

Gratia super gra

Gtiā mlier sancta. Eccī. xxvj. ¶ Hec verba licet sint scpta generaliter de q̄libet muliere sctā. pcipue tñ pñt accipi de sctā Anna genitrice ỽgis Marie. tū rōne sui nomis. qz Anna iterpꝛtat donū gre dei fm Piero. Ideoqꝫ hec mlier sctā cōuenieter in ista scpt̄ura a gra dei sic cōmendat denotata. Tū rōne sue sctitatꝭ. qz scz ipa fuit mlier sctissima. z pterea gra supꝛ gratiā aliaꝝ mulieꝝ i ea refulsit. Proinde Piero. i ser. hodierno q incipit Postulastꝭ filie hierl'm de ipa sctā Anna dicit sic. De q̄ agimꝰ inqt res est pcelsa: res pclara: res omni laude digna. Hec est em̄ arboꝛ bona de qua virga excisa p se diuinitꝰ floruit. Hec est terra sancta que rubū ardētē sed incōbustū pmanentē germinauit. Hec est celum excelsum de q̄ stella maris ad oztū pcessit. Hec est sterilitas fecunda q̄ ab angelis est freq̄ntata Hec est bñdicta iter mlieres z mater inṫ matres btā ex q̄ tēplū dñi: sacrariū spūssancti: mat̄ dei mūdo illuxit. Hec ibi Piero. Bñ ḡ de ipa ōz q supꝛ gram hec mulier sctā. Quibꝫ ỽbis cōmedat de tribꝫ. ex sic tria mysteria notemꝰ in hoc sermone declaranda ad laudē z gl'iam ipsius.

Primo de gra diuiali ibi. Gratia inqt.

Secūdo de excellētia speciali. quia dicit. gratia super gratiam.

Tercio de sancta vita exemplari. qz dicit. mulier sancta.

¶ Circa pmū de gra diuiali i sctā Anna Erq a gra denotat qz anna donū gre vel donata gratificatio iterpꝛtat vt dicit Piero. ō iterp̄. no. heb. Querit ḡ vñ b ꝓgruebat q mr̄ dei futura. s. ỽgo maria a sctis Joachim noie z Anna deberet nasci in hac vita. Rñdet q alto mysterio sic deordinauit. et pcipue id cōueniebat rōne triplici.

Prima rō ex pte ỽginis Marie.

Scōa ex pte Joachim z Anne.

Tercia ex parte nostre doctrine.

Prima rō ex pte ỽgis Marie. qz ipsa debuit fore mr̄ gre. z singularissima gratia supꝛ oēs debuit sctificari in vtero btē Anne adeo q vt ōt Anſ. de cōceptu ỽginali. Decebat inqt vt ipsa ỽgo beata ea puritate niteret q̄ maioꝛ sub deo neqt intelligi. Uñ fm nostros doc. ipsa ỽgo gl'iosa pseruata est gra singularissima in vtero matꝛno ab oꝛigiali pctō. Pro tali ḡ z tāta gra decuit vt virgo maria nasceret ex Anna. qō interpꝛtat donuz gre. et ex Joachim qō interpꝛtat dñi partꝰ vl' dño suscitāte z dñi exaltatio. vt dicit Piero. de interpta. no. heb. vt ipsa btā ỽgo Maria designaret singularissima gra nasci ex sctis Joachim z Anna: z oꝛiri dño ac exaltari in matrē dñi. s. iesu xpi filij dei. Merito ḡ pr̄ z mr̄ ỽginis Marie sic sūt denotati vt ex dono gre qō significat anna oꝛtū habeat ipsa mater gre. et suscitāte dño atq exaltante ac eiꝰ ptum mirabiliter faciente, pdeat virgo Maria i mūdū. ¶ Scōa rō ex pte Joachim et Anne. qz ipis collatū est a deo oipotēte donū scz pcelse sctitatꝭ in b q sūt parētes sctissimi ipsiꝰ videlicet sctissime virgis Marie. z sic Joachim auus z Anna auia xpi. Sz inṫ oia dona dei q̄d est maximū nisi gra b z exaltatio gl'ie in pria. vñ Augꝰ. xv. de trini. ca. xviij. dicit. q nulluz est donū excellētiꝰ charitate q̄ realr q̄dez idē est qō gra fm Ricb. supꝛ. ij. di. xxvj. q. j. z ꝓcor. Sco. vñ fm Aug. ibidē. b solū est donuz qō diuidit inṫ filios regni z filios pditiōis eṙne. Ad designādū ḡ pcellētissimū donū sctitatꝭ parentū ỽgis Marie q̄ mater gre: decuit vt a gra z exaltatiōe gl'ie denominareṫ. O pctōr er hūjs accipe documētū q eṙq in crimie iaces nec pniaz agꝭ: alienꝰ es a gra z regno xpi: alienꝰ a parentela xpi: alienꝰ es a filijs et familia dei z es in familia diaboli et inimicicia dei. Age ḡ pniam vt saluer̄is. ¶ Tercia rō ex pte nre doctrine. Nā qro vnō oꝛiṫ salꝰ hoim et pctōz. Rñdet glo. ij. Coz. vl. di. sic. Gra dei est q̄ sola hoies liberauṫ a malo. z sine q̄ nullū ꝓsus

siue cogitãdo siue volendo et amãdo siue agẽdo faciũt bonũ. Nec ibi. Uñ z Aug⁹. li. de eccle. dogma. ca. xxj. dicit. q̃ initiũ nr̃e salut⁊ deo miserã/te habem⁹ vt acq̃escam⁹ salutifere inspiratiõi. ſ. q̃ dei gr̃a icitamur ad salutẽ. Et sic patz q̃ salus nr̃a ortũ p̀ mariũ habet ex dei gr̃a p̃uenire.

¶ Jtẽ q̃ro quõ bõ ad salutẽ in gr̃a dei crescendo puenit ad cõsũmationez. Rñdet Bern̄. in ser. de assum. z p̃cor. doc. q̃ ad p̃sũmatiõez salut⁊ nr̃e requirit tripler gr̃a. Prima õr puenientis. Scõa coperãs. Tercia cõsũmãs. De hijs Bern̄. vbi sup̃/na inspiratiõe. Scõa p̃uehit q̃ iustificamur. ſ. p̃/pniam z boni opationẽ. Tercia p̃sũmat q̃ gl̃ifi/camur. z h̃ per p̃seueratõez cui debet p̃miũ. Pri/mo g̃ vt saluari possim⁹ z ad gl̃iaz puenire neces/saria est nobis gr̃a p̃uentẽs. q̃ vt Bze. xvij. mo/ra. ait. Si lumẽ p̃ueniẽt⁊ gr̃e nos non irradiaret p̃fecto mens nr̃a in tenebris pctõz obscurata p̃/maneret. Jtẽ Aug⁹. Gr̃a est lumẽ aie faciens bo/minẽ pctm̃ suũ agn̄scere z deum sup̃ oia diligere. Scõo requirit gr̃a coopans. ſ. ad p̃ficiendũ bonũ op⁹. q̃ dicit saluator Joh. xv. Sine me nihil po/testis facere. Aug⁹. Gr̃a dei nolentẽ p̃uenit vt ve/lit z volentẽ subsequit vt possit. Et Bzeg. in coll̃. Tua nos dñe gr̃a sp̃ p̃ueniat⁊ez ispirãdo vl̃ vo/cãdo) et sequat. ſ. adiuuãdo vl̃ coopando ad pfi/ciẽdũ: ac bonis opib⁹ iugit̃ p̃stet esse intẽtos. ſ. p̃/seuerãdo in bono. Tercio g̃ necessaria est gratia p̃summãs. q̃ m Tho. li. iij. q̃ gẽriles. ca. clv. in/diget bõ diuine gr̃e auxilio: vt p̃seueret in bono. Aug⁹. de eccle. dogma. ca. xxj. Nostre pt̃ãt⁊ est vt acq̃escam⁹ inspiratõi. vt salutẽ q̃ram⁹ diuini est muner⁊. vt nõ labamur a bono meritorio nr̃e ẽ/sollicitudis et celest⁊ pariẽ adiutorij. q̃ aũt labi/mur pt̃ãt nr̃e est z ignauie. Nec ille. Uñ necessa/ria est boi saluãdo gr̃a cõsummãs in p̃seuerãtia finali. q̃ nõ q̃ incipit sed q̃ p̃seuerauerit hic salu⁹ erit. Matb. xxiiij. ¶ Ad ꝓpositũ g̃ vt nos docere mur p̃dict⁊ modis saluari z ad x̃pm puenire cõ/gruũ fuit vt ex sctã Anna nasceret btã Maria z ex ea christ⁹ dñs. Anna em̄ donũ gr̃e interp̃tatur Maria aũt illũinata. Nam ex dono gr̃e dei aia bũana illũinat̃. z in ea x̃ps dñs nascit̃ z p̃manet iesus. i. salus vera anie. sic q̃z salus bois in gl̃ia cõsũmat̃. Sed heu q̃z multi sunt o de⁹ me⁹ q̃ nõ acq̃escunt diuie inspiratiõi vt p̃/quit̃ libenẽ acq̃escũt diabolico instinctui vt p̃/ueniãt ad eẽnam damnatiõez. O peccatrix ania nunq̃d melꝰ est x̃pm iesum amare p̃ cõseq̃nda eterna bñtudine q̃z diabolũ p̃ eẽnis supplicijs. Recognosce misera peccatrix aia. q̃ vt dic̃ apl's Rom. vj. Stipẽdia pcti mors. gr̃a aũt dei vita eterna in christo. Ē

¶ Circa scõm p̀ncipale de excellẽtia sctitat⁊ bea/te Anne q̃rit̃ Uer. ipsa btã Anna int̃ sctãs femi/nas post matrem dñi reputet̃ merito fore sctissi/ma. Ratio q̃stiõis est. q̃ ꝺ eꝰ vite sctitate nil scri/bit̃ in scptur⁊ canonic⁊ veter⁊ aut noui testamẽti cum tñ plures ibi p̃mẽdant̃ de sanctitate nimis p̃clara. z tñ ipsa electa est a deo ad dignitatẽ pre/clarã videlicz vt esset genitrix gl̃iosissime matr⁊ x̃pi. et sic auia filij dei. Miꝝ g̃ videt̃ q̃ saltẽ euã/geliste nullã de ea voluerũt facere mentionez ad cõmẽdationẽ gl̃iose v̄ginis Marie et⁹ filie. Uñ Eccl̃i. iij. Gl̃ia bois ex bonore parẽt⁊. Ad q̃stionez ergo rñdet̃ p̃ exclusionẽ vicz q̃ q̃z̃uis i scptura ca/nonica nulla fiat mẽtio de sctã Anna: nihilomi/nus credit̃ z probat̃ ipsa post matrem dñi fore mulier sctissima. Et hoc ceter⁊ paribꝫ q̃ ad essen/tialia sctitat⁊ merita. Declarat̃. q̃ ordinatiõe spi/ritus sancti factũ est vt de ea taceat̃ in sacra scriptu/ra. sicut z de vita ac p̃cellẽtissima origie atq; san/ctitate v̄gis Marie ab euangelist⁊ nil scribit̃. p̃/hac rõne. q̃ ab oib⁹ christicolis p̃supponi debet q̃ ipsa ꝓpter p̃lẽ dignissimã fuerit sctissima vicz ꝓpter gl̃iosissimã dei matrẽ quã genuit. Sic etiã btã v̄go. ꝓpt̃ x̃pm dei filiũ ex ea genituz credit̃ fu/isse sctissima p̃ alijs. Nec decuit q̃ v̄go Maria p̃ sctitatẽ parentũ cõmendaret̃. sicut nõ decuit q̃ x̃ps p̃ matrẽ cõmẽdaret̃. ſz pot⁹ ecõuerso ex christi/sti sctitate decuit. p̃ p̃supposito credi maria sctis/tas marie. z ex sctitate marie sctitas suoꝝ parentũ scz Joachim z Anne firmit̃ credit̃ z p̃ p̃suppo/sito habeat̃. q̃ ipsi parẽtes oẽm dignitatez sctitat⁊ a ple sua acceperũt. sicut z v̄go Maria oẽm di/gnitatẽ et sctitatẽ accepit a christo ꝓpter quem et v̄go Maria et sui parentes ac tota illa gens iu/daica est electa a deo. Nimiꝝ vt ait pbus. p̃mo Phisicoꝝ. z. viij. Topicoꝝ. peccatum est fieri p̃ plura que possũt fieri p̃ paucioza. Cum ergo ex/plis sanctitate sufficienter p̃supponit̃ in istis pa/rentib⁹ maria sanctitas credenda apud fideles: noluit spũsctũs vt eoꝝ vita describeret̃ ab euã/gelistis vt z mai⁹ meritũ acq̃reret̃ fideles ex fide/rali z deuotiõe. Uñ Aug⁹. Ille inq̃t apõ deũ ha/bet plus meriti qui plus fidei. Jtẽ Maxim⁹ in/sermone õ corpe x̃pi dicit. q̃ vbi est magna fidei p̃fectio: ibi z copiosa remũeratio. Et sic p̃ ista sol/uit rõnis adducte obiectio. ¶ Q, aũt ipsa beata Anna p̀ ceteris quo ad essentialia post matrem christi fuerit sanctissima p̃batur plu/ribus rationibus.

Prima ratio diuine electionis.
Secunda ratio digne honorationis.
Tercia ratio sancte generationis.

Prima ratio diuine electionis. quia deus quẽ/cunq; eligit ad aliquã dignitatẽ spiritualẽ: eidez talem z tantã gratiã sanctitatis confert vt sit di/gnus tali dignitati. iuxta illud Nũeri. xvj. Quẽ/cũq; elegerit dñs: ipse erit sctus. Uñ et Aug⁹. in glo. sup̃ Eph̃. j. dicit sic. De⁹ q̃s eligit facit bonos sicut ait apl's. Elegit nos vt essem⁹ sci et im/maculati in cõspectu eiꝰ i charitate qui p̃destina/uit nos in adoptionẽ filioꝝ per iesum. Nec ille. Ex q̃bꝫ dictis arguit̃ q̃ si quos eligit deus facit

bonos z sctōs.ergo q̄s magis eligit.i.ad maiorē dignitatē spūalē:magʒ sctōs facit vl' meliores.et q̄s marie marie.iuxta illā maximā thopicā. Sicut simplicit̄ ad simplicit̄.sic magʒ ad magis et maximū ad maxime. Hz qm̄ deus elegit ab et̄no btām Annā ad dignitatē maximā i xp̄o .ſ. vt essz mater mr̄is xp̄i:z sic filij dei auia.q̄ sequit̄ q eā fecerit sctissimā z dignissimā. Ad id p firmādū facit:qz xp̄s eos q̄s elegit in apl'os fecit sctissimos Hilz z ipam vginē quā elegit i mr̄em fecit sctissimā.q̄ z in ꝓposito. ¶ Scda ratio digne honoratōis. quā accipio ex postilla Lyre sup Job. vj.sic dr. Quia distributio honoꝝ respicit iusticiam ꝓmutatiuā vt habet.v.etb.ſ.vt alicui pl's det de honore q̄nto maior est i vtute. Nā honor ē p̄miū vtutʒ.iij.etb: Et ideo ꝓportionō nō est honore dignō vt ibidē dr. Et ꝫ maxime habz locū coraz deo q̄ psonā nō accipit:sz vnūquēq; ſm meritū vtutis amat z honorat. Sed qm̄ de⁹ btām Annā maximo honore p̄ ceterʒ ml'ieribz post vginē mariā exaltauit:vt.ſ.essz auia xp̄i.z p ꝓsequens eti am a xp̄o dño honorāda .iuxta illō Exo. xx. Honora p̄rem z mr̄em.q̄nto magʒ ergo ab angelis z hoibz honorāda ē. Vñ sequit̄ q ipa fuerit adeo vtutibz z gr̄a dei sctificata ac repleta vt merito foret tali z tāto honore digna p sue sctitatʒ celsitudine. Si dicas q multe femie p̄cellāt eā in corona vgitatʒ vl' martyrū z hmōi. Dicendū q talia accidētalia sunt q̄bz sūme ꝓponderāt essentialia

¶ Tercia rō sctē generatōis. Nā dicēte salvatore Lu. vj. vnaq̄q; arbor ō fructu suo cognoscit. Et Matb. vij. Ois arbor bona facit fructʒ bonos.q̄ melior z optimʒ fructʒ meliorē z optimā arborē esse ꝓbat. Paphil⁹. Arboze de dulci carpunt dulcia poma. Hz ꝓstat q ex sctā Anna pl'imi sctissimi boies sūt generati tāq; fructus ex arboze sctitatis.vicz sctissima vgo Maria:ex q̄ ortus est xp̄s de⁹ nr̄. z sctā maria tercia: zebedei scz vxor.ex q̄ sctī apl'i.ſ. Jobes euāgelista z Jacobus maior sūt ꝓgeniti.at.q; sctā sc̄da maria cleophe.ſ.filia q̄ dicta est maria iacobi.ſ.minoris mater.ex q̄ quattuor sctī discipuli sūt geniti.ſ. Jacobus minor.ioseph iust⁹ q z barsabas ē vocatus z simon.ac iudas thade⁹ dict⁹. Vñ de his extāt vſ⁹. Anna solet dici tres ꝓcepisse marias. Quas genuere viri ioachim cleophas salomeq;. Quas duxere viri ioseph alphe⁹ zebede⁹. Prima parit xp̄m iacobū sc̄da minorez. Et ioseph iustū pepit cū simōe iudā. Tercia maiorē iacobū volucrēq; iobem. Cū itaq; tales sctissimos fructʒ habuerit sequit̄ q ipa sctissima int̄ femias fuerit. Et ꝓfirmat r̄ōe etiā tali.qz Jobes baptista ex vnica marie vgis salutatōe tāta gr̄a abūdauit q etiā matrē suā elizabeth repleuerit z ꝓphetā ꝓstituerit.q̄ sequit̄ q ml'to fortiʒ gr̄a sctificatōis marie i vtero materno abūdantiʒ ipam sctām Annā replevit z p̄sanctā effecit. Nam Bern. dic̄ q de plenitudine marie accipiūt vniuersi.q̄ plus sua mater.ſ. Anna accepit. O q̄ sanctissima dña:o btissima genitrix matris christi:q̄bz te laudibz efferamus.ꝓfecto tuā sctitatē ꝓmendare nō sufficimʒ.

¶ Circa tertiū de sancta vita btē Anne z exē plari accipiamus p cōclusione q ex btē anne sācta vita omis status hoies p̄nt accipe plurima salutis exēpla.ſ.tā cōiugati q̄z vidue z virgines.

si purificatus fueris: z oībus ydolis abrenū/ciaueris. Tūc Cecilia euidenter ei ostendit ydola esse muta z insensibilia. Tandem misit eum p baptismate cū Valeriano ad sanctū Urbanū z interim dixit Tiburtius fratri suo. Obsecro te frater dic ad quē me ductur⁹ es. Et ille. Ad Urbanū epm. Tibur. ait. Ille totiēs dānat⁹ ē mor/ti: z si inuēt⁹ fuerit cremabit z nos piter pibim⁹. Cui Cecilia. Si hec sola esset vita iuste hanc pdere timeremꝰ. est aūt alia melior q nūq̄ pdit: quā filiꝰ dei nobis enarrauit z miraculis mōstrauit Tūc cepit ei de trinitate in diuinis: z de aduētu filij dei z ei⁹ passiōe pdicare q p gruū fuerit xpm p nobis pati vt satisfaciēdo redimeret hō. Tandē Tiburti⁹ ductꝰ est ad sanctū Urbanū et baptisat⁹ sepe angelos dei videbat z oia q postulabat mox obtinebat. Valerian⁹ igit z Tibur. elemosynis insistebant: z sanctoꝝ corpa q̄s pfectus Almach⁹ occidebat: sepulture tradebāt. Qō audiens Almach⁹ eos ad se vocauit z inquisiuit: ac post plura vba pcepit vt offerrēt dijs libamina Rnderūt. Nos deo vero sacrificiū q̄tidie exhibemus. tradunt g̃ in custodiā maximi. Quib⁹ ille ait. O iuuēturis flores fratres quō ad mortē q̄si ad epulas festinatis. Cui valer. ait. Promitte te crediturū z videbis post mortē gl̃iam aiaꝝ nrarū. z maxim⁹ pmisit si hoc viderit. Dūq̄ aurora finē daret nocti cecilia dixit. Eya milites xpi abij cite opa tenebraꝝ z induimini arma lucis. Quarto g̃ miliario ab vrbe sci ducūt ad statuā Iouis z dū nollent sacrificare piter decollant. tūc Maximus cū iuramento asseruit se eoꝝ angelos videre fulgētes z aias eoꝝ quasi vgines de thalamo exeūtes z in celū p angelos deductas. Credidit g̃ maxim⁹ in xpō z omis familia eius ac vniuersi carnifices z baptisati sūt. Almach⁹ audiēs rādiu plūbatis cedi fecit maximū donec spīm exhalauit cui⁹ corpus ceci iuxta vale. z Tibur. sepeliuit. Post hec Cecilia quasi piugē valeriani iussit almach⁹ sibi astare iussitq̄ vt idolis imolaret aut mortis sententiaz incurreret. Tūq̄ pmpte se morti offerret apparitores z milites assisteū. flebāt q̄ tā decora z nobilis puella vltro morti se trade ret. Sed Cecilia dixit ad eos. Hoc non est pdere iuuēturē: sed mutare: dare lutū z accipe aurum dare vile habitaculū z accipe pciosuz. Nam de⁹ reddet cēruplū. Tūc crediderūt in xpō quadringenti z baptisati sunt. Quo audito Almach⁹ Cecilia interrogauit. Cui⁹ ꝓditionis es. Et illa. Ingenua sū z nobilis. Cui Almach⁹. Ego te de religiōe interrogo. Et Cecilia. Interrogatio tua stulta est que duas respōsiōes vna putat inquisitōe cōcludi. Et Almachius. Uñ tibi tanta pīsūptio rñ dēdi. At illa. De ꝓscientia bona z fide nō ficta. Cui Almach⁹. Ignoras cui⁹ potestatis sim. q̄ vivifi/cādi z mortificādi mihi tradita est potestas. Cui Cecilia. Cōtra veritatē publicā pbo te nūc eē mētitū. vitā enī viuētib⁹ tollere potes. mortuis aūt dare nō potes. es g̃ minister mortis z nō vite. Cui Almach⁹. Ut q̄d cū tāta supbia loqueris. Et illa. Nō est supbia sed ꝓstantia. Nā nos scientes sanctuꝝ dei nomen oino negare nō possum⁹. Melius ē enī feliciter mori q̄ infeliciter viuere. Cui Almachius. Jā depone amentiā z sacrifica dijs. Cui Cecilia. Nescio vbi oculos amiseris. nā quos tu deos dicis nos lapides esse videm⁹. mitte manū z tange. dēde disce q̄ oculis nō vides. Tunc iratus iussit eā ad domū suā reduci: ibiq̄ tota die z nocte in bulliente balneo cōcremari. que q̄si in loco frigido mansit nec modicū sudoris pensit. q̄ cū audisset Almachius iussit eā in ipo balneo decollari quā spiculator tribus ictib⁹ in collo pcussit: sed tm caput amputare nō potuit. Et q̄z decretum erat ne quarta pcussiōe decollandꝰ acciperet: eā semiuiuā cruent⁹ carnifex reliq̄t. p triduū aūt supuiuens omia q̄ habebat pauperib⁹ distribuit. z oēs q̄s ad fidē ꝓuerterat: vrbano epo cōmēdauit di. Triduanas mihi iduciās a dño popposci vt hos tibi cōmēdarē z domū meā in eccliaz ꝓsecrares. z sic fecit epus: ipamq̄ sepeliuit circa annos dñi ducētos vigintitres. Rogem⁹ g̃ xpm vt ei⁹ meritis det gr̃am z tandē gl̃iam Amen.

De sancto Clemente sermonē vide et cōmuni applicādo legendā.

Clemēs a clemē

Cetia dī q̄z misericors fuit et nobili ro/mano ꝓsapia ortus patre Faustidiano: matre matidiana: habuit duos fratres q̄z vnus Faustin⁹: alter Faust⁹ dicebat. Cūq̄ matidiana esset multū pulchra: frater mariti eaz cōcupiuit z quotidie molestabat: illa nō ꝓsentiens cū hoc viro timeret reuelare ne inf duos fratres inimicicias suscitaret: cogitauit se p tpus a pria absentare donec aspectu ei⁹ subtracto illi⁹ amor cōquiesceret. Ut aūt a viro suo impetrare posset callide somniū ꝓfinxit di. viro. q̄ sez p somniū vi/sū vir apparuit pcipiēs sibi vt ꝓfestim cū duob⁹ geminis Faustino sez z Fausto ervbe discederz donec reditū idē imparet: alioq̄n cū liberis periret. Marit⁹ exp̄auēs misit eos athenas vt ibi interim filios faceret erudiri: minorē aut filiū clementē apud se retinuit. Cūq̄ nauigarēt naufragiū passi sūt z mat sine filijs a fluctib⁹ electa est: clamores dans z vlulat⁹: manusq̄ lacerabat moribus. Tandē apud quādā viduā recepta hospitio victū q̄tidie manib⁹ querebat: sed modico post tpe man⁹ eius sūt arefacte ꝓter morsus crebros nec opari potuit: sed z hospita ei⁹ palysim incurrit. Sicq̄ matidiana mendicare cōpellit. z ipa cū hospita ex his que mēdicabat pascebant. Cōpleto anno vir missis viris cepit requirere semel secūdo z tertio q̄ deuenisset: nec inuenies vllū vestigiū: ipemet ad querendū iuit in naui relicto Clemēte filio sub tutoribus. z sic clemens vigi

ti annis orbatus rome stetit: studioq; litterarū se ꝓtulit: z sum mū pbie apicē apꝑhēdit. vehemē/ ter aūt desiderabat q̄liter sibi aie imortalitas ꝓ/ suaderi posset. Deniq; cū Barnabas apl'us ro/ mā venisset z fidē xpi ꝑdicaret pbi eū deridebāt. z clemēs ꝓ derisu barnabe questionē fecit dicēs Cū culex aial sit exiguū q̄d est q̄ ser pedes habet z insup alas possidz. elephas aūt cū sit immane aial nec alas possidet z tm̄mō q̄tuor pedes ha/ bet. Cui Barnabas rn̄dit. Stulte tue questioni possem rn̄dere si causa discende vitatis q̄reres. Sed nūc de creaturis dicere vobis aliq̄d absur/ dū est cū ꝓditorē ignoretis. Nā iustū est vt in cre/ aturis erretis q̄ creatorē nō cognoscitis. Hoc v/ bū cordi clemētis pbi valde inhesit: ita q̄ fidem xpi a barnaba instructꝰ suscepit: z postmoduz in iudeā ad petrū ꝓperauit z eius discipulꝰ factꝰ est q̄ de ꝓgenie interrogatꝰ a petro retulit q̄d matri z fratribz ac patri acciderit. Eo tpe Simon ma/ gus duos discipulos habebat. s. aquilā z niceta q̄ eius fallacias agnoscētes eū reliquerūt z petri discipuli sūt effecti. Accidit q̄dā vice petrū cū di/ scipulis aduenire ad insulaz in qua matidiana morabat. s. mater clemētis. quā mēdicante vidēs cur nō opareꝝ manibz increpauit. Illa dixit ma/ nus insensibiles habere: addiditq; meliꝰ mihi fuerat in mari mori z vtinā me ꝑcipitassez vt vl/ tra nō viuerē. z narrauit ei oēm sue fortune euē/ tū. Ad quā petrꝰ. Est quidā apud nos adolescēs noīe clemēs q̄ hec refert matri z fratribz accidisse. Illa audiēs stupore ꝓcussa corruit: z tandē cū la/ chrymis ait. Ego sū mater adolescentis rogo vt eū ostēdas mihi. quā petrus duxit ad nauē. Vi/ dens aūt clemēs petrū manu ducere mulierē ri/ dere cepit. Aduenies illa statim in amplexus cle/ mētis ruit z crebro osculari cepit. quā ille putās insanientē repellebat. Cui petrꝰ. O fili clemens noli repellere matrē tuā. quā recognoscēs flere ce/ pit vter q;. z q̄d patri acciderit ac fratribz enarrā/ tes alternatim suspiria dabāt. Tunc ad ꝑceptū petri hospita illiꝰ q̄ paliticā iacebat adducta ab illo ꝓtinuo liberat. Interea nicera z aq̄la ꝓcūcā/ tur q̄ esset hec mulier. auditisq; a clemēte z petro rebꝫ gestis obstupefacti dixerūt. Dñe deus q̄d est hoc nos sumꝰ inquiunt Faustinꝰ z Faustus. q̄s ipa mater nostra extimat in mari perijsse z i am/ plexꝰ matris ruerūt: illaq; ꝑ gaudio velut ā mēs effecta corruit: z spū resumpto ait. Obsecro dul/ cissimi filij narrate quō euasistis de mari. Rn̄/ derūt. Resoluta naue nos cū sup quandā tabu/ lā veheremur quidā pirate nos inuenerūt z mu/ tatis noibz vēdiderūt cuidā honestevidue q̄ nos vt filios habuit z erudiri fecit. Tandē Simoni mago adhesimꝰ cuius fallacias agnoscētes pe/ tri discipuli effecti sumꝰ. Sequēti die petrus aſ/ sumptis tribus fratribz. s. clemēte: aquila z nice/ ta intrauit ad secretioza loca insule causa oratio/ nis: quos vidēs senex quidā paup alloqui cepit dicens. Cur sic erratis vt orandū putetis cuz in mūdo nil sit diuina ꝓuidētia: sed fortuitꝰ casus z geneſis oīa agūt sicut z ego oīa in me exp/ tus sū. Siue g̃ oret quis siue nō q̄ō Geneſis cō/ tinet implebit. Tūc ex mandato petri ceperūt il/ li discipuli ꝓtra eū disputare aptis rōnibz osten/ deñ. diuinā ꝓuidentiā in mūdo: eūq; ob reveren/ tiā crebro patrē noiabāt in disputatōe. Quibus aquila dixit. Cur eū patrē vocamus cū xpus di/ rit neminē patrē sup terraz vocare. z mox intulit ad senem nō iniurioſe accipe hoc pater. Tūc oēs riserūt dicētes. Facis id de quo alios culpas. pa/ trē vocañ. senem. Tandē senex dixit. Quō possiz diuinā ꝓuidentiā credere: cū in mea coniuge z fi/ lijs exptus sum accidisse oīe illud q̄ geneseos dictabat. z narrauit eis oīe illud q̄ sup dictuz est de matidiana vroze peregre ꝓfecta cū duob⁹ filijs z in mari periclitata. Re narrata filij vole/ bant in amplexꝰ eius ruere z rem apire: sed Pe/ trus pbibuit ꝑcipiens expectare. z dixit seni. Si ego coniugē tuā castissimā cū filijs tuis assigna/ uero credis ne. q̄ Geneseos nil sit. Cui ille. Im/ possibile est hoc fieri. Tūc petrus ait. Ecce iste fi/ lius tuꝰ clemēs. z hi sūt duo gemini filij tui scili/ cet faustinꝰ z faustus. tūc ruerūt i oscula. z oīa/ que acciderāt narrañ. Ecce z vroz aduenit cū la/ chrymis clamitans. Ubi est vir meꝰ z dñs meꝰ z sic se cognoscēñ. in amplexus ruerūt lachrymā/ tes. Hec z plura in legēda sunt scripta ex itinera/ rio clementis que ꝓtranseo. Post hec petrus ro/ mā veniens z ibi multo tpe ꝑdicās dū ꝑuidisset immminere suā mortē: ordinauit clemētē in papā successuꝝ: mortuoq; petro cū fuisset electus tali/ bus moribz pollebat vt iudeis z gentilibz ac om/ nibus xpianis cōplaceret. Inopes xpianos mē/ dicare nō sinebat: sed singulis noīatim scriptis subueniebat ꝓ oīes regiones ꝑdicabat z mul/ tos cōuertebat inter quos domicillā sez virginē neptem domiciani impatoris sacro velamie cō/ secrauit: z theodorā vrorē sisinnij amici impato/ ris ad fidē cōuertit z in castitatis ꝓposito manē/ re fecit. z plura miracula faciēs que ꝓtransimus causa breuitatis. Tandez comes sacrorū pecu/ nia multis data ꝓcitauit seditionē cōtra clemē/ tem. quē vbis ꝑfectus cepit inclinare ad se z re/ darguere. Cui clemēs ait. Nō est curandū q̄ mꝰ/ ti canes latrāt ꝓtra nos. Naz nō possūt facere vt nō simus homies z ipi nihilomin⁹ manent ca/ nes. Tūc Mamertinꝰ ꝑfectus seditionē popu/ li nō ferēs. scripsit imperatori traiano. qui rescri/ psit. q̄ aut sacrificaret: aut trās mare in heremū terſone exilio mitteret. Missus est g̃ in exiliuz et secuti sūt eū multi clerici z laici. Venieñ. aūt ad insulā inuenit ibi plus q̄z duo milia xpianoꝝ iā dudū ad secāda marmora dānatoꝝ. qui videñ. eū in lachrymas ꝓruperūt. Quos consolañ. ait. Nō meis meritis ad vos me misit dñs vestr̄ co/ ronis ꝓcipē fieri: z cū ad eis audisset q̄ aquā a

sexto miliario humeꝝ deportarēt: ꝑcepit vt ora/
rent: oꝛone facta vidit agnū stantē q̄ pede dextro
erecto quasi locū eꝑo ostēdebat ꝛ ꝓcusso loco sta
tim fons magn⁹ erupit ꝛ in fluuiū creuit vniuer
sis gaudētib⁹. ad hanc famā multi ꝓfluebant: et
vna die ampli⁹ q̄ q̄ngenti sunt baptisati ac ꝓ to
tā ꝓuinciā illā infra annū idolo⁊ rēpla destrueñ.
septuaginta q̄nq̄ eccl̄ias edificarūt. anno dñi cē
tesimo traianus cepit impare. q̄ hoc audiēs q̄n/
dā ducē illuc misit. q̄ cū ꝓspiceret oēs ꝑ xp̄o libē/
ter mori multitudini cessit ꝛ solū clementē liga/
ta anchora ad collū in mare ꝑcipitauit di. Jam
nō poterūt ip̄m xp̄iani colere. stante aūt oi mul/
titudine ad litus corneli⁹ ꝛ pbebus discipuli ꝑce
perunt orare oēs vt dñs corpus sui martyris
mōstraret: statimq̄ mari ꝑ tria miliaria recedē/
te oēs ꝑ siccū ingressi inuenerūt in modū tem
pli marmorei habitaculū a deo ꝓparatū: ꝛ ibi in ar
ca corpus sancti clemētis ꝛ anchorā iuxta eu⁊. re
uelatū est aūt discipulis ne inde tollerēt corpus
oī nāq̄ anno tpe passiōis eius ꝑ septē dies ad
tria miliaria mare recedebat ꝛ siccū iter aduenie
tib⁹ ꝑbebat. s⁊ post multo⁊ anno⁊ curricula vt
refert Leo hostien. ep̄us miraculū marini recess/
sus ob culpā inhabitantiū cessauit. barbari etiā
tpe marini recessus venien. templū destruxerūt:
ꝛ arca cū corpe erat obruta marinis fluctib⁹: di/
uina tamē reuelatiōe ad oꝛonē ep̄i ꝛ cleri inuētu⁊
est corpus ꝛ anchora ꝛ deportatū terſonā. ꝛ tan/
dē romā multis ostensis miraculis: vbi in eccle
sia que nūc dicit sancti clemētis honorifice ē cor/
pus collocatū ad laudē dñi iesu q̄ cū ꝑe ꝛ spūsā
cto viuit ꝛ regnat vn⁹ de⁹ i secl̄a secl̄o⁊. Amen.

¶ De sancta Katherina Sermo ꝑm⁹ cū legēda

Concupiscet rex

c. decorē tuu⁊ q̄m ip̄e est dñs deus tuus
Ps. xliij. ꝛ ad honorē hui⁹ festiuitat⁊.

¶ Sicut videm⁹ q̄ in mūdo q̄nto aliq̄d est
celo ꝓpinqui⁹: tāto est clari⁹ pulchri⁹ ꝛ deo ꝑ cō/
formitate primi⁹. sicut ptz in aqua respectu ter/
re i aere ꝛ igne ac celesti corpe: stellisq̄ ꝛ maxime
celo empyreo q̄ sup⁊ alia est clari⁹ pulchrius ꝛ ꝑ
di habitaculo ac beato⁊ gl̄ia ꝓuenien⁹ e primo
sic bois aia q̄nto est celestis ꝓuersatōis ꝑ castita
tē: tāto ē pulchri⁹ corā deo ꝛ ad inhabitādū ama
bili⁹. Nā Aug. dicit. q̄ castis mētib⁹ illabit deus
Jrē Amb. de vgi. Pulchritudinē maiorē q̄s exti
mare poterit decore vginis q̄ amat a rege. s. xp̄o
ꝓbat a iudice: dedicat deo. Hz q̄n beata kathe/
rina fuit vgo castissima. ꝛ ió xp̄o dilecta. merito
de ip̄a dicūt hba p̄missa. Lōcupiscet rex decorez
tuū q̄m ip̄e est dñs de⁹ tu⁹. Jurta q̄ hba tria my
steria notabim⁹ ꝑ hoc sermōe fm q̄s de bis tri/
bus beata katherina cōmendat ꝛ in exemplum
nobis ꝓponit.

¶ Primo de deo grata complacentia: ibi. Lon
cupiscet rex christus.

¶ Secūdo de decora mundicia: cum subdit⁹.
Decorem tuū.

¶ Tertio de ꝑclara patiētia. s. amore xp̄i: ió dici
tur. q̄ ip̄e est dñs deus.

¶ B Circa ꝑmū de cōplacētia caste mētis sez
apud xp̄m querit. q̄re xp̄s dñs ꝓcupiscit specia/
lius mentē castā inhabitare. Respondet q̄ ꝓpter
pue quadruplici ratiōe.

Prima rō dulcis refectiōis.
Secūda rō celestis ⁊rutis.
Tertia rō diuialis ꝓformatiōis.
Quarta reginalis despōsatiōis.

¶ Prima rō refectiōis. Nā videm⁹ q̄ q̄libet hō de
lectabiliter manet in hospitio vbi reficit cibo: po
tu: q̄ete. s⁊ mens vel aia casta dulciter reficit xp̄o
Un Canc. ij. Qui pascit inter lilia. i. ⁊ginalia et
casta corda. Aug⁹. O q̄ dulces sūt fructus chari
tatis. nā in eis singulariter reficit dñs maiesta/
tis. Nimi⁊ legit Deb. ix. q̄ i arca testamēti erāt
hec. s. vrna aurea habēs mānā ꝛ ⁊ge aarō q̄ frō/
duerat ꝛ tabule testamēti. s. in q̄b erat decalog⁹
descrip⁹ digito dei. Ista aūt arca significabat my
stice corp⁹ būanū. Erat em̄ de lignis setbim ipuri
bilib⁹ ꝛ deauratū int⁹ ꝛ foris repletas locū diui/
nū. Nā ꝛ de⁹ ip̄e ibi dabat rēsa. Sic corp⁹ būanus
dz eē iputribile ꝑ pecm̄ mortale. q̄ vt dī Sap. j.
Nō habitabit de⁹ in corpe subdito pcīs. Debet
etiā eē deauratū int⁹ ꝛ fors ꝑ charitatē dī ꝛ primi.
de q̄ Apoc. iij. Suadeo tibi emere au⁊. s. chari/
tatis vt sic sit loc⁹ do dign⁹. Hz in b hospitio cor
dis debet hō habere ¶ primo mānā ⁊bi diuini q̄
tā q̄ dulci cibo reficit xp̄s. q̄nto meli⁹ decoquit ꝑ
ardorē charitat⁊. Grego. ome. viij. Liby mētis est
⁊bū dei. Un xp̄s dñs dixit Job. iij. Me⁹ cibus est
vt faciā volūtatē ei⁹ q̄ misit me. Et loq̄t ibi de cō
uersiōe aniā⁊ ad ⁊bū dei fm Lyrā. Secūdo de
bet habere hō ⁊gā penitētie q̄ ē ꝑ dulci potu xp̄i.
Bern. Lachryme penitētiū vina sūt āgelo⁊ q̄b⁹
delectant cū do. Tertio debet habere q̄ete ꝓscien
tie bone in obſuātia ꝑcepto⁊ decalogi. Bē. Le/
ctul⁹ xp̄i floridꝰ ē bona ꝓscia. i q̄ dulciter req̄escit
Et bis patz q̄ sic in arca dñi fuerūt illa tria p̄di
cta: sic in aia casta debēt eē hec tria. s. ⁊bū dei: pe/
nitētia ꝛ bona cōscia in obſuādo oia ꝑcepta. Et
vbi hec tria fuerint xp̄us dñs dulciē reficit cibo
potu: q̄ete. recedit aūt vbi hec nō fuerint. Et q̄ ca
sta mēs hec obſuat ió xp̄s ibi habitat. Sēdo rō
ne celest⁊ ⁊rut⁊. q̄ celest⁊ vita est in ⁊ginitate. Un
Piero. in ser. de assū. Profecto in carne sine car/
ne viuere nō terrena sz celest⁊ vita ē. De⁹ aūt in ce/
lo habitare vult: sic ꝛ in tēplo castitat⁊. Ps. Dñs
i tēplo sctō suo dñs i celo sedes ei⁹. Un Beda ex/
ꝑsse sup⁊ Luc⁊. dic. q̄ xp̄s in sūma pace ꝛ ⁊ginali
vtero icarnari ac nasci voluit vt mōstraret q̄ pa
cē i hoib⁹ ꝛ castitatē diligit. Nā q̄re in celo xp̄s de
us habitare diligit nisi q̄ ibi ē sūma mūdicia et
par sempiterna in oi charitate. Ps. In pace facta

est locꝰ eiꝰ. Et iterꝝ. Tu aũt in sctõ .i. mũdo habitas laus isrl. Et sic patz qꝫ i pace z castitate habitare vult deꝰ tãꝫ i celo. Sz i discordia z immũditia sic in inferno habitat diabolus. Tertio rõne diuinaꝝ ꝓformatõis. qz assiliaꝝ hõ ꝑ virginitatem xpõ dei filio z virgini matri eiꝰ. Similitudo aũt est cã dilectõis fm pbz scõo de aia. Amabilis ḡ vir ẽ. qz Sapiẽtie. vj. Incorruptio primũ facit deo. ¶ Quarto rõne reginalis desponsationis. Nã vt dicit Hypanꝰ. Virginitas est regina virtutũ: sozor angelorũ: possessio oim bonoruz. Sed quare castitas reputaꝝ regina virtutũ: cũ fides z charitas ꝓcellãt: sine qbꝫ nil valet castitas. Rñdetur qꝫ primo ꝓpter dignitatẽ. qz est a xpõ rege oim despõsata. ꝓpter qõ castitatẽ tenẽtes sponse xpi nominãꝝ. Uñ cãit eccl'ia. Ueni spõsa xpi accipe corozã quã tibi dñs ꝛẽ. Secũdo ꝓpẽ mirabilẽ sublimitatẽ. Uã vt Augꝰ. docet. Rara z insolita faciũt mirari. z declaraꝝ. Nõne maiꝰ ẽ boiez creari in vtero matris ḡz mortuũ hominẽ resuscitari. cõstat qꝫ maiꝰ est. qz in ortu hominis deꝰ ex nihilo creat aiamã. sed in resuscitatiõe solũ reunit añ creatã. z tñ ortꝰ vel natiuitas boiꝰ non reputaꝝ ꝓ miracl'o qz ḃ est ꝓsuetũ fm cursũ nature. sz mortui resuscitatiõem oñes mirãꝝ qz ḃ est raꝝ z insolitũ. Ad ꝓpositum. Uirginitas vel castitas in boiby est vtus valde rara. Uñ Bernꝰ sup cañ. ser. lxvij. Rara in terris est ꝛtinẽtia. Et Gzeg. dis. l. Quia ẽctitas. dic. qꝫ pauci inueniuntur sine carnali delicto. ḡ est virꝰ mirabilis z regia per quã regit anima corpus ne in eo regnet luxurie viciũ. Tertio ꝓpter corozam reginalem qz virginitati debeꝫ i celo aureola fm doctores sup. xiij. Ad ꝓpositũ. Beata katherina virginitatẽ castissimam tenuit. z ideo a xpõ rege dilecta z miraculose despõsata fuit. ¶ Legit de ortu qꝫ in alexãdria erat quidã rex Lostus noie pdiues z gl'iosus: sz multo tpe ple caruit: vnde dijs impẽdebat multa sacrificia vt paganus ꝓ ꝓle habẽda. sz qz demones nõ possunt creare aiam bũanaz. nil sibi hec ꝓfuerũt. Interea quidã pbꝰ noie Alphozabiꝰ fuit in grecia magnꝰ z famosꝰ. Quẽ rex audiens missis lr'is ad se accersiuit z ipsũ iterogauit vnde ḃ sibi fozet qꝫ plẽ ex regina nõ haberet. Qui ꝓsideraꝝ sapiẽter regis z regine cõplerionibꝫ iudicauit qꝫ nõ ex defectu nature hoc esset sz diuina puidẽtia. Cõsuluit ergo sacrificia fieri. Cũ ꝗz rex dixisset sibi multa iã facta dijs sacrificia pbs ait. Licet plures deos dicamus. tñ vnũ esse ꝑ oimby ratio dictat. Nimiꝝ z Arest. cõcludit. xij. li. methaph. qꝫ mala ẽ pluralitas ꝓncipũ: sit ḡ vnus ꝓnceps z rector oim. Entia ei nolũt male disponi z tõ bonũ vniuersi ꝓsistit i vno ꝓmo ꝓncipio. s. dõ. ad qõ oia ordinãꝝ: a dõ nãꝝ fluit ḡ Alphozabiꝰ regi ex auro optimo fundere imaginẽ magno deo deoꝝ: et illi ꝑ habẽda ple sacrificare. Acꝗuit rexꝝ dedit auꝝ artificibꝰ qui disposuerũt fundere imaginẽ magni regis purpurati z corozonati ac nomẽ ipsi posuerũt. deꝰ deoꝝ. Sz qõ hõ ꝓponit: deus aliter disponit. Excussa cũ lima in q̃ imago fuit fusa: ecce ꝑter artificis intẽtiõem inuẽta est fusa imago crucifixi salua/ toris. Stupefacti oẽs cũ vellẽt destruere pbz ꝑ hibuit dicẽs. qꝫ erq̃ magno deo taꝝ placuit imago maneat sic. Cũꝝ in templũ idoloꝝ induxissent erigẽdum: ecce omnia idola ibi existẽtia corruerũt. Sacrificijs ꝛpletis visa est post aliqꝫ dies regina a rege grauidata z pepit puellaz mire pulchritudinis quã letus rex de ꝛsilio pbi nõiauit ab illo miraculo ruine idoloꝝ: ḃ noie katherina. qõ interꝑtaꝝ vniuersalis deoꝝ ruina. Que educata taꝝ fuit ingenij vtysqz ad. xiij. annũ etatis oñes septez artes liberales sciret. Unde ꝓ magnitudine scie magistroꝝ grecie: gẽma ẽ nũcupata. Tãdem pater eiꝰ ad mortem infirmaꝝ et vocata Katherina cõmisit sibi in testamento: ꝓmo qꝫ illũ magnũ deũ deoruz z eius imaginem coleret in sua vita. Secũdo vt sponsũ non acciꝑet nisi talem q̃ generis nobilitate. corꝑis pulcritudine. sciẽtia z diuitijs similis sibi fozet. z sic resignato regno ipsi: pater migrauit. Non multo post vt in eadẽ hystoria legiꝫ: etiã regina. scz mater katherine migrauit a seculo. Katherina aũt gubernabat regnũ prudẽtissime. Nec secũ semp. xxiiij. virgines z. xij. matronas: cẽtumqz armigeros excepꝫ pedissequis z camerarijs ad magnificentiam habuisse dr. ¶ Accidit autez quadã vice vt ꝑ certis causis ad metas alexandrie cũ suo magno comitatu transeuntes inter siluas iter rectum amitterent: z errando huc atqz illuc diuina puidentia inuenerũt quendaz sanctũ senẽ in cella orantem. qui supra cacumẽ celle habebat imaginem crucifixi erectam. Qua visa ait katherina intra se dicẽs. Iste senex z ego vnuz deũ colimus. Cũ intrans cellaz senis cepit cum de varijs interrogare. Senex autẽ cepit eidẽ de pditione hois z diuina ꝛcarnatiõe ac passionis eiꝰ redemptiõe loq̃. Cũꝝ hec katherina non curaret vtpote pagana. senex inspiratus a deo interrogauit eam: cur tanto tempore sponsum accipere noluisset: que narrauit qõ sibi pater suus mandauerit. et qiõ non acceperit sponsum qz non inueniret sibi cõparem nobilitate. formositate. diuitijs z sapiẽtia. Ad quem senex ait. Quid te iactas de mundanis: nũquid audisti de quodam regis magni filio qui est super omnes reges z dños cuiꝰ pulcritudinez sol z luna z omnia mirãtur. qui omnia scit ꝑterita presentia z futura. cuius diuitie nunqz decrescunt. qui non vult habere sponsam nisi semper castã manentẽ. cuius mater virgo est et pater feminã nescit. cui angeli seruiũt. Tũc nutu dei cepit katheria desiderare ardẽter qs eẽt ille z vbi aut quõ ad eiꝰ noticiã possz venire. Cepit etiã senẽ de hoc rogare instãter vt eidẽ hũc manifestaret. Ait senex

Ecce in tabula parua imaginē matris illius virginis z filij tibi dabo quā diligēt custodi z nocte futura cozā ista imagine puoluta genibꝫ rogita matrē hanc virginē vt tibi ostēdat filiū. nā benigna est z te exaudiet. Accepta tabula illa z a sene de recta via edocta venerūt ad villā in hospitia z nocte electis omnibꝫ katherina cepit cū lachrymis cozā imagine ꝑcari: z tādē lassata fletibꝫ obdormiuit: z videbat ecce q̄si se in prato ameniſſimo esse z a lōge ꝟginē elegantē z filiū in vlnis tenentē fm siłitudinē picture in tabula. Approp̄inquās Katherina volebat videre faciē illi⁹: ꝫ ille diuertit. Dixit ei mr̄. Vides ne fili quāto desiderio flagrat hec puella Katherina te videre. Rñdit puer matri dicēs. Tu nosti q̄ pediſſeque nostre ꝑcellūt istā. z quō p̄t hec me videre: cū nō sit lota facie ꝫ sordida. z visio disparuit. Euigilās ḡ mane facto ardētiozi desiderio ad senez rediit. Interim āgel⁹ seni appuit dicēs q̄ eā de fide istrueret z baptisaret. Cū ḡ veniſſet z visionē narraſſz senex rñdit. q̄ nisi crederet z lauaret baptiſmo videre illū nō posset. Baptisatā ḡ dimisit mādans vt in hospitio iteratis oratiōibꝫ instaret cozaz dicta imagine. Qō cū feciſſet iterꝫ obdormiēs vidit se esse in prato ameno q̄ p̄us viderat: z ibi virgo cū filio eodē mō cuz fulgore gl'ie in multitudine angelorꝫ apparuit. Et ait ꝟgo filio. Fili videſne katherinā mādatis obedientē: oro vt eā exaudias z in spōsam suſcipias. Fili⁹ ait. Si placet tibi mater mi accipiā. Tūc ꝟgo maria anulū ō filij sui digito accepit z dextrā manū Katherine sub arrauit. Tūc xp̄s de gremio matr̄ descēdit z apparuit q̄si spinis coronat⁹: z aptis q̄nq; vulneribus sanguiez fūdēs z dicēs. Ecce tāta passus sāguine te redemi. Si ḡ venire vis post me sequere me ad cozonā ꝑpetuā. Et eidē xp̄s valedicēs angelicis cantibꝫ ascendit in celū. Tūc Katherina cuigilās anulū in manu reppit z mira spūs dulcedine repleta gratias egit deo. Tandē q̄z ad domū suā rediens cepit seruos z ancillas in fide catholica informare z suas facultates paupibus distribuere: orationi z cōtemplatiōi iugiter vacare. Patet ergo zc̄.

¶ Circa secūdū de decora mūdicia sit ꝓ conclusiōe verbū Bern̄. in epl'a ad Senonē dī. Nil castitate decori⁹ q̄ de hoie facit angelū. s. deo dilectū. Ꝟ ecclia canit illud p̄s. cxxj. Elegit eā de⁹ z ꝑelegit eā. Nec ꝓ themate. Sz iurta hoc q̄rit Uerus de⁹ amet magis decorē angelice puritatꝫ q̄z hūane castitatꝫ: an ecōuerso. Ad hoc rñdz magn⁹ Alb̄. sup Missus est. q̄ scz ꝟginitas in hoie magꝫ diligit z ꝑpōderat q̄druplici rōne. Primo rōne mł'tiplicitatis. Nā angelica ꝟginitas ē simpler. s. in coꝛ simplici natura spūali. sed hūana ē dupler. s. in corpe z aīa. Unū. xxxij. q. v. Sicut cīm dicit Chrys. Illa est gl'iosa in corpe ꝟginitas quā cōplectit sancti ꝓpositi volūtas. Secūdo ratiōe nobilitatis. q̄z ꝟginitas vel castitas in homie est ex dei gr̄a. in angelis aūt est ex natura: sed nobilioz est gr̄a q̄z natura. Hinc Bern̄. dicit. Pl⁹ gaudeo bone iesu angelis supferri ex gr̄a tua q̄ hange lū fuisse ex natura. Dec ille. Tertio ex rōne gloriositatis. q̄z ꝟginitas hūana est cū gloriosa pugna victorie. angelica aūt ē sine oīi pugna. Unū glosa. j. Lor̄. vij. dicē. Maioz est victoria ꝟginū q̄z angelorꝫ. Angeli cīm sine carne viuūt: virgines in carne triūphant. Item Hieron̄. sermone de assumptiōe dicit. In carne angelicaz gloriā acq̄rere maioris est meriti q̄z habere. Esse cīm angelū felicitatis est. esse vo ꝟginē vtutis. Dec ille. Quarto rōne fructuositatis. q̄z angeli nō merētur p̄ ꝟginitatē essentiale p̄miū cū nō sint in statu merendi. Sz hō merek aureolam z stolaz duplicē scz corpis z aīe. Et sic p̄z q̄ castitas homis est deo multū grata z amabilis: ac p̄ p̄trariū carnalitas est multū odibilis plus q̄z demonū peruersitas. Misdē rōnibus p cōtrariū: Primo qa homo peccat in corpe z ania. Secūdo q̄z abiicit gratiā dei quā posset habere z p̄miſit in baptiſmo se obseruare. Tertio q̄z posset vincere: ſz diabolus nō p̄t bonū velle. Quarto q̄z maiorē pēnā demerek hō scz in corpe z ania: nō sic diabol⁹. O ḡ infelices carnales cur penitentiā nō agitis. O casti gaudete in dño semp. q̄z magis vos diligit xp̄s q̄z angelos ꝓ puritate. Exemplū de sancta katherina cuiꝓpter mūdicia angeli ministrauerunt in vita pluries z in morte ac corporis tumulatiōe: vt patet.

¶ Circa tertiū de p̄clara gl'ia passiōis sit cōclusio q̄ beata katherina inter oīm sanctaꝛ virginum agmina fulget p̄clara passionis gl'ia. Et sufficiat p̄sēq̄ ex legēda. ¶ Legēda de passiōe.

¶ Cū cīm Maxentius imperator q̄ regnare cepit circa annos dñi. cccc. cōuocasset oīes ad alcrādria vt idolis imolarent: z xp̄ianos imolare nolentes puniret. Tunc katherina. xviij. annoruz in palacio audiēs mugitus anialiuz z plausus cantantiū z quid hoc esset didicisset: assumptis secū aliquibꝫ signo crucis se muniens illuc accessit. Uidens quoq; plures xp̄ianos metu mortis ad sacrificia duci condoluit z imperatori ait. Salutationē tibi ꝓferre z dignitas z ratio p̄monebat si creatorē celoꝛ agnosceres: z a dīis animū reuocares. Cepitq; mira sapiētia disputare et p̄bare q̄ idola sunt vana z stulti q̄ colunt ea. Sed deus solus qui creauit oīa z cui famulantur celi: sit adorādus verus ip̄e deus: ac de incarnatione filij dei sapientissime p̄osecuta ē plurima. Stupefactus imperator nec potens eidē resp̄dere p̄cepit eam interim ad palacium duci et custodiri. Admirabatur nāq; eius pulchritudinem z p̄udentiā incredibilem. Tandez veniens imperator ad palaciū interrogauit eaz de ꝓgenie. Cui illa ait. Cōfiteor meā ꝓgeniez nō ex iactātia. Ego ei sū katherina costi reg̃ unica filia. q̄uis i purpura nata z oiboꝫ artibꝫ liberalibꝫ plene istru-

cta: tamen oīa cōtēpsi amore xp̄i qui ver⁹ sol⁹ de⁹ est. Et dū q̄s colitis nec se nec alios iuuare possūt. O q̄ infelices taliū demonū sūt cultores Uidēs cesar q̄ ei⁹ sapiētie nō posset obuiare mā dauit occulte p lr̄as vt oēs doctores z rhetores alexādrie in p̄toriū q̄uenirēt munera regia acce/ pturi si suis assertiōib⁹ possent katherinā superare Adducti sūt aūt q̄nq̄ginta oratores q̄ in mūda/ na sapiētia oēs mortales p̄cellebāt. Qui cū ab i/ peratore rē hanc audissent: vn⁹ ait. O q̄le hoc cō siliū imperatoris tot sapiētes vocasse cū vn⁹ ex no stris posset talē puellā p̄futare. Interim katheri na hec cū audisset dño se totaz cōmēdauit: z ecce angel⁹ dñi astitit di. Cōstāter age q̄ hos oēs vin ces z ad martyriū destinabis. Tandē katherina adducta corā imperatore z oratoribꝫ dixit imperato ri. En ꝫ vnā puellā q̄nq̄ginta oratores statuisti: q̄s p victoria remunerādos p̄mittis: z me sine mercede disputare cōpellis: erit tñ mihi merces dñs iesus. Repert aūt phi arguere. q̄ impossibi/ le est deū fieri hoiez passibilē. Qualia fuerint ar/ gumēta ista z rñsiōes ac obiectiōes in alio p̄mo ne pseq̄mur. Tā sapiēter aūt z aptis rōnib⁹ ka/ therina disputauit z oēs eos p̄futauit: vt penit⁹ muti fierēt nō inuenientes q̄d dicerēt. Irat⁹ impa tor ait. Cur tam turpiter vinci vos p̄mittitis ab vna puella. Rñderūt. Antea nō fuit quē cōtinuo nō vicissem⁹. hec aūt puella spū dei loquit z taz veraciter q̄ nil p̄tradicere possim⁹. ecce ḡ oīes i xp̄m credim⁹. Tūc furore repler⁹ cesar iussit oēs illos in medio ciuitat⁹ cōcremari. At ẏgo cōfor/ tauit eos. Positi aūt in ignē nec capillis aut ve/ stimētis sūt adusti: sz animas dño reddiderūt.

Post hec ait cesar ad katherinā. O virgo generosa p̄sule tibi z acq̄esce mihi z post reginā i palacio meo secūda vocaber⁹ z imaginē tuā fa/ ciā: z cūctis velut dea adorabers. Cui ẏgo de/ sine talia dicere q̄ scel⁹ ē cogitare. ego me xp̄o spō sam tradidi. Tūc eā iussit scorpiōib⁹ cedi z post in obscurū carcerē includi ac fame cruciari. In/ terea rex p̄cessit extra regionē: z regina amore vi dēdi succēsa cū p̄ncipe militu⁹ porphirio media nocte ad carcerē ẏginis intrauit. viderūtq⁹ car/ cerē inextimabili claritate fulgētē z angelos pla gas ẏginis pungētes. Incipiēsq⁹ ẏgo xp̄m p̄di/ cauit z reginā ac porphiriū cuz ducētis militib⁹ q̄uertit. Infra aūt duodecim dies de celo missa colūba cādida celesti cibo katherinā refouebat. Deinde dñs cū mltitudie angelo⁹ z ẏginū eaz visitauit z dixit. Agnosce creatorē tuū: p̄stās esto q̄ tecū sū. Tādē rediēs imperator sibi katherinaz p̄tari iussit: z vidēs splēdidiorez cepit custodes torq̄ri putās q̄ eā aliq̄s pauisset. At illa. Xp̄us dñs p angelū me nutriuit. Cui imperator. Aut sa/ crifica dīs aut tormētis pibis. Et ẏgo. Parata sū oia sufferre p xp̄o deo meo. Tūc p̄silio cuius/ dā iussit rex q̄tuor rotas serris ferreis z clauis acutissimis circūseptas p̄pari q̄ mutuo sibi or/ dine ꝫrio volurēt z xp̄ianos applicatos discin/ derēt horribilit coram tā katherina. Que videns orauit dñm vt ad laudē sui nois z p̄uersionē cir cūstātis ppli ipam machinā p̄tereret. Mox an gel⁹ dñi ipetu p̄cutiēs q̄tuor milia gētiliū p par tes mole illi⁹ interemit. Tūc regina descēdit z i/ peratorē duri⁹ increpauit. Rex irat⁹ cū sacrifica re illa p̄tenderet: iussit vt extra ciuitatez ducer⁹ et māmillis cū ferreis hastilib⁹ pus extract⁹ decol laret. Cui⁹ corpus porphirius rapiēs sepeliuit. Quo audito cesar q̄si amēs rugiebat dicēs. Ec/ ce z porphiri⁹ vnic⁹ aie mee custos decept⁹ ē. Ad quē cōmilitones ducēti dixerūt. Et nos xp̄iani su/ mus. Oēs ḡ cū porphirio decollari p̄cepit. Post hec p̄suasit katherine vt sacrificaret z p̄ma in pa lacio fieret. Illa p̄cepit. Uñ cesar sententiā dedit vt decollaret. Educta ḡ orauit dicēs. O sal⁹ cre/ dentiū. o dec⁹ z gl'ia ẏginū iesu obsecro te vt qui cū q̄ passiōis mee memoriā egerit seu i exitu aie aut quacūq̄ necessitate me inuocauerit: tue p̄/ ciacōis p̄sequar effectū. facta est vox ad eā dicēs Ueni dilecta mea spōsa: ecce tibi ianua celi apta est: z tibi deuotis optata p̄mitto p̄sidia. Deinde decollata ex ei⁹ corpe p sanguine lac emanauit. Angeli aūt corp⁹ eius accipiētes ab illo loco ad montē synai itinere plus q̄ viginti dierū deduxe rūt z ibi honorifice sepelierūt. Ex cuius ossib⁹ in desinēter oleū manat q̄ cūctoz languidoz mē bra sanat. Rogem⁹ ḡ dñm iesū vt ip⁹ meritꝫ dec nob gr̄am in p̄nti z gl'iam in futuro Amen.

De sancta Katherina Sermo secūdus.

Adamauit eā rex a scz xp̄s sup oēs mulieres z posuit dya/ dema regni in capite eius Hester. ij.

Ista ẏba legunt de sancta Hester regia q̄ interp̄tat eleuata in populis: z optime posset dici de beata katherina. Primo q̄ ipsa fuit ge/ nere z regni regimine regina. Secūdo quia fuit z ē eleuata in populis: vt scz sit in celesti gl'ia exal tata z in patronaz data a xp̄o oīi populo xp̄ia no. Tertio q̄ ipam xp̄s specialius adamauit vt miraculose in sponsaz eā accepit ẏginali dignita te z obseruātia. Licet em̄ xp̄s dñs oīes ẏgines in sponsas spūaliter accipiat. Unde canit eccle/ sia de vnaquaq̄. Ueni sponsa christi accipe co/ ronā quā tibi dñs p̄parauit in eternū: tamen p̄ ceteris maiori dono gratiarū katherinam ada mauit. Ideo de ea hec verba p̄o sermone accipi untur scz. Adamauit eā rex: qui fuit assuerus. et interp̄tatur beatitudo vt dicit Hieron. ergo sig/ nificat christū beatitudinis eterne regem q̄ ad/ amauit katherinā magnis gratijs. Iuxta q̄ ver ba tria mysteria notabimus p̄o hoc sermōe p̄m quod de his trib⁹ commēdatur beata ka theri/ na in ip̄is ẏbis.

Primo de speciali iesu adamatōe: cum dicit.

De sancta Katherina

Adamauit eā rex ꝛc.

Secūdo de ꝟginali marie assiłatōe. qz sup oēs mulieres dī coronata. qđ ē ꝓuilegiū marie

Tertiū de celesti coronatione. quia diadema regni in capite.

B Circa ꝑmū de speciali adamatiōe xp̄i q̄ rit. Uñ ꝓbari possit q beata Katherina inť oēs sctās ꝟgines sit post xp̄i matrē ꝑmiceria tāq̄z spō sa xp̄i ꝑdilecta. Ad qđ ñdeť qđ satis clare ꝓbať ꝑcipue triplici rōe sūpta ex donis magne gratie Qđ sic declarať. qz ſm sententiā Bonauē. sup. iij di. xxxij. q. iij. Dilectio dei ad aliquē mēsurāda est in cōicatiōe alicui⁹ boni potꝰ q̄z in affectiōe : ita q dilectio dei est potꝰ dilectio effectꝰ q̄z affectꝰ. Uñ deꝰ illū dī diligere cui vult cōicare ꝛ dat bona gr̄e in p̄senti ꝛ glie in futuro. Nā ꝛ ꝓbus. viij. philico. et. ij. rheto. dicit. q amicicie dilectio fundať in beniuolentia. Illū aūt deus dī odire cui nō dat bona gr̄e sue. sic patet ō pctōribꝫ. Nā scribiť Ecci. xij. Altissimꝰ odio habz pctōres ꝛ miseretur ē penitētibꝫ. Inť sctōs ḡ illuz dī deꝰ p̄amare cui dedit maiora dona gr̄e ꝛ glie. Sz qm inť oēs sctās ꝟgines post ꝟginē matrē xp̄s dñs dedisse videť beate Katherine maiorē ꝛ specialiorē gr̄az ac glīam. ḡ habeť ꝓpositū q scz ipa sup alias virgines ꝓbať ꝑdilecta triplici gr̄a.

Prima gr̄a despōsatiōis.

Secūda illuminatiōis.

Tertia gr̄a p̄cellētis dignificatiōis.

Prīmo amauit xp̄s Katherinā gr̄a desp̄sationis mirabilis. Licet q̄ppe oēs ꝟgines sint sponse xp̄i. imo generaliter etiā oēs aie xp̄iane castitatē ꝑ suo mō statꝰ renētes sūt spōse xp̄i. ſm qđ apostolꝰ. ij. Corꝛ. xj. dicit ad oēs. Desp̄odi vos vni viro ꝟginē castā exhibere xp̄o. Sz miraculosius ꝛ specialiꝰ btā katherina p̄ ceteris est desponsata.

L Pro q̄ notādū q q̄dā sūt aie būane oīno desp̄sate diabolo. ſ. ꝑ fidē alienaz a xp̄o: vt sunt aie paganoꝝ ꝛ iudeoꝝ hereticoꝝ ꝛ scismaticoꝝ. Uñ Aug. sup Genē. ad litterā dicit. Dis ania aut diaboli est adultera. ſ. ꝑ infidelitatē: aut xp̄i spōsa. ſ. ꝑ fidē. Secūdo aūt sūt alie aie q̄ licet sint desp̄sate a xp̄o ꝑ fidē in baptiſmo iurātes abrenūciare sathane ꝛ oīibꝫ pōpis eiꝰ ꝛ oīibꝫ opibꝫ eiꝰ. tñ fidē violant ꝛ cū diabolo adulterank ꝑ varia pctā mortalia. ſ. irā: superbiā ꝛc. Das xp̄s pie reuocat ad pniam Niere. iij. di. Tu aūt fornicata es cū amatoribꝫ multis: tñ reuertere ad me ꝛ ego suscipiā te dicit dñs. Tertio sūt adhuc aie q̄dam q̄ oē pctm̄ cauēt ꝛ oē carnale abhorrent amore xp̄i quē p̄diligētes in spōsū eligūt sibi: vt sūt ꝟgines ꝛ castitatē diligētes ſm gradū varij status. de q̄bus Piero. in epł̄a ad victoriā dicit sic. Aocū hz in regno xp̄i ꝟginitas: castitas ꝛ etiā ꝓiugalis cōtinētia: vt sit ꝟginitas aurū: castitas vidual' argentū. cōiugalitas velut pauptas stāni vel plūbi. Uel ꝟginitas sol. castitas luna. coniugiū stella. Sed sup oēs cōiugatos viduas ꝛ virgines singulari ꝓuilegio beatā katherinā miraculose desp̄sauit xp̄s dñs sibi visibiliter apparendo. ꝛ anulo sibi ꝑ ꝟginē mariā dato vt patuit in hiſtoria sermōe ꝑmo Ł. ḡ ē p̄dilecta. Quid ergo o anima xp̄iana tibi de carnali vita: dicā cum Bern̄. in medita. vbi exclamat sic. O ania insignita dei imagine: desponsata fide: redempta xp̄i sanguie deputata cū angelis in beatitudine: quid tibi cū carne: nū q̄z maius sterquiliniū inuenisti: insup eternū supplicīū ꝑ eā incurristi: vt quid pro vili sterquilinio aiam p̄ciosissimā perdis ꝛ cruciatū sempiternū eligis Scōo dilexit xp̄s Ka. gr̄a magne illuminatiōis: quia p̄ alijs virginibꝫ eam repleuit sapiētia intantū q ipa superauerit sua disputatiōe q̄nquaginta philosophos ꝛ oratores toto orbe peritissimos. D Sed quō in Katherina ꝓbať fulsisse p̄ ceteris sapiētia ꝛa: cū istā victoriā super pbos ipa obtinuit ꝑ miraculum xp̄o hoc faciente vt impleat illud Luce. xxj. Ego dabo vobis os ꝛ sapiētiā cui nō pote. resistere et ꝓtradicere oēs aduersarij vestri. Uñ hoc xp̄us ꝑ quēcūq̄z simpliciorē eque potuisset facere. Ñz deť q q̄z xp̄s potuit talem victoriā fecisse per aliū: tamē ꝑ ꝓuilegio speciali hoc katherine voluit donare vt mōstrareť toto orbe mirabilis in sapiētia nō solū humana sed etiā diuina. Notāndū ergo q sapiētia est triplex. Prima ifima. Secūda media. Tertia summa. Infima est cōtēnenda de qua Jacꝛ. iij. Nō est ista sapientia desursū descendēs sed terrena: aialis ꝛ diabolica. Terrena q̄dē in rerū cupida erq̄sitiōe. aialis. i. bestialis voluptatū explētione ꝛ diabolica in fraudis vario ꝝ pctōꝝ adinuentione vel sollicitatōe. Hāc ḡnis vere sapiens cōtemnere debet sicut contēpsit beata katherina: que cū esset iuuēcula pulcra diues ꝛ libertate p̄dita ac potestate nobili alta: que mulieribꝫ sūt causa ruine. Sed hec omnia amore christi repūsit nec vnq̄z peccato cōsensit. Preterea cū ipa sollicitareť ab extra. ſ. ab imperatore vt sibi iungereť: ꝛ ꝑ oīa que mulierel multū appetūt pura diuitiaꝝ copia: dignitatis magnificentia vt esset in palacio imperatoris secūda vel p̄ma ꝛ honoris gloria. quia statuam sibi erigere ꝛ adorari facere ꝑmittebat. Sed katherina hec oīa cōtēpsit ꝑ christo vt sponsa eius ꝑ minas ꝛ tormenta nisi cōsentiret: sed pro christo mori non timuit. ꝛ sic ipa fuit plena charitate diuina. ꝛ ꝑ ꝓsequēs diuina sapiētia. Unde Bern̄. Inueniſti plane sapientiaz si nō modo tibi sapiant vitia vt pessima: bona vt bona: ꝛ sic deus super oīa. Secūda est sapiētia media que est in scientia būana. Et ista q̄dā est ꝓbica vt sūt septē artes liberales q̄s katherina ꝑfecte sciuit. Quedā est ethica que docet moꝝ honestatē: katherina oībus ꝟtutibus fuit decorata. Quedaz est iconomica que docet domū ꝛ familiam regere. Ipa palaciū ꝛ familiam sapienter gubernauit.

Quedā aūt est politica q̄ docet vrbes z regna pacifice gubernare. katherina vt regina regnū optime rexit. q̄ ista sapiētia plena fuit. Tertia est sapiencia sūma scz diuina q̄ ꝓsistit in dei cognitione fm vitatē fidei catholice ac vite sc̄itate fm obseruanciā diuinoꝝ p̄ceptoꝝ ac pfecta charitate. Augusti. Infelix ille q̄ cēsi oia alia sciat: te deū nescit. Idē. Sapiētia dei est nō tm̄ eloquia dei scire sed fm eloquia dei viuere. Beata katherina verum deū xp̄m nouit plena veritate fidei z dilexit perfecta charitate. Insup tāto lumīe sapiētie a deo est repleta vt etiā ꝓphetie spiritū habuit. Nā legit in hist̄oria ab Alphonzabio descripta q̄n sui ꝓuersione xp̄s sibi apparuit z eā miraculose sibi despōsauit. z tūc reuelauit sibi q̄ p ei⁹ amore esset martyriū passura. Jē in legēda dū volebat disputare cū oratoribꝫ: angelo reuelāte didicit q̄ illos superatura foret z ad martyriū destinatura. Jē ibidē dr̄ q̄ dū reginā cōuertisset ad fidē: futurā eidē martyrij coronā p̄dixit Et q̄b⁹ ptz q̄ ꝓphetie spiritū habuit z sapiētie plenitudinē. O ego sapientissima gaude nūc cū xp̄o z ora p nobis. Tertio xp̄s dilexit katherinā gratia mire dignificatiōis qz multis p̄rogatiuis p̄uilegioꝝ eā inter oēs virgines spāl⁹ dignificauit: vt ꝓbēbit arti. ſbſequenti.

¶ Circa secūdū de ꝑginali assimilatiōe beate Marie sit. p cōclusiōe q̄ beata katherina virginitate sacra p ceteris virginē mariaz est imitata z similitudine ei⁹ p̄uilegioꝝ decorata. Et ostēdit ex multis p̄uilegijs. Primū p̄uilegiū qz regina fuit z pulcherrima sicut z beata ꝑgo Maria q̄ est regina mūdi z dña angeloꝝ ex stirpe data uid regis: sic z katherina licet nō eq̄li dignitate: tñ regis filia. qz fuit Costi regis filia cui regnuz successit paternū q̄ rexit vt regina. Et fm Alber tū sup Missus est. Virginalis castitas tāto est cōmēdabilioꝝ in femina: quāto est nobilioris generis z pulchra. Un̄ puritas in purpurea veste ꝓciosioꝝ est. z p ꝓtrariū macula turpioꝝ: q̄s in veste rusticana. Sic in ꝓposito. Secūdū qz electa dedicata: vt ita g̃ dictū ē. Un̄ ō ea canit. Elegit eā deꝰ z p̄e. zē. Tertiū qz gratijs plena vt btā maria q̄ fuit oīm gr̄a plena. Sic z de beata katherina legit q̄ deꝰ sibi dedit oīa p̄uilegia gr̄aꝝ vniuersaliter q̄ ꝓcessit alijs sanctis in passiōe specialiter qz p xp̄m est in celū euocata. sicut iohes euāgelista cibo celesti refecta. sicut z legit de magdalena. Nā angel⁹ in spē colūbe duodecim diebus cibo celesti eā pauit in carcere recluſam. Jē celū sibi apruz fuit vt beato Stephano Jpa etiā habuit angelicū obsequiū sic̄ martin⁹: lactis p sanguine effusionē vt paul⁹. sepulchri p̄prationez vt Clemēs. olei emanationē vt beat⁹ Nicola⁹. oro-nis eruditionē vt scā Margareta. z sic ō alijs ria vt dictū est. Quintū quia noiat demonuz ruina vt btā maria q̄ oīm demonū caput cōtriuit. iuxta illō Gen̄. iij. Ipa ꝓteret caput tuū. Sic z katherina interp̄tat vniuersalis decoꝝ ruina. a katha qō est vniuersū: z theos deꝰ z ruina. qz oē vitiū ruit ab ea z vtutes florueruūt in ea. Naz superbia ꝓtriuit p humilitatē. carnis ꝓcupiscentiā per ꝑginitatē. cupiditatē mūdanā p mūdi ꝓtemptū

¶ Sextū ꝑuilegiuz qz ab angel⁹ amabilit visitata vt z beata ꝑgo maria. Un̄ Piero. in sermōe de assumpc̄. dicit. Bn̄ angel⁹ ad ꝑginē mittit qz sp angelis cognata est ꝑginitas. ¶ Septimū est qz est fructuosissima vt beata maria p quā oīb⁹ credētib⁹ salus ꝓuenit. Ipa aūt Katherina multos ad xp̄m ꝓuertit z ad salutē eternā pduxit. nō tm̄ mō populares vt fecerūt alie q̄dā scē ꝑgines sz etiā doctores ac p̄bos: reginā: p̄ncipē: potphiriū z milites. ¶ Octauū qz refectiōe celesti pasta vt maria. de q̄ Piero. dicit. q̄ quotidie angelus sibi de celo afferebat cibū. Sic katherina in carcere posita. xij. diebꝫ celesti cibo quē portabat angel⁹ in spē colūbe candide pascebat miraculose.

¶ Nonū visitata a xp̄o z ꝓsolata ac in celū euocata vt beata maria quā ipemet xp̄s cū multitudine angeloꝝ occurrens in celū assumpsit. sicut dicit Piero. in sermōe. Beata quoq; katherina cū esset in carcere dñs cū multitudine angeloꝝ z beataꝝ ꝑginuz sibi apparuit dī. Agnosce creatorē tuū ꝓstans esto quia tecū suz. Tandē cū de collarec̄ z oraret xp̄s eam in celū euocauit. Veni dilecta spōsa mea. ecce tibi celi ianua est aperta.

¶ Decimū qz corpus eius cuz esset decollata fudit lac p ꝑginitate mūdissima declaranda. et in hoc quodāmodo marie est assimilata que lac ꝑginale sugendū dedit xp̄o miraculose. ¶ Undecimū est qz translata est ab angelis in mōtē syna. z ibi honorifice tumulata: vt z beata maria per angelos honorifice in celū corpe z aīa est assumpta cū leticia. ¶ Querit. Cur voluit xp̄s katherinā sepeliri in monte syna. Rn̄det q̄ ad cōmendandū magnā in ea sapientiā z xp̄i familiarē charitatē. ideo voluit eā sepeliri in eodē monte vbi deꝰ dedit decē ꝓcepta z legem sapiētie diuine moysi cū quo ibi familiariter loquebat vt amicus ad amicū. in quo z nos mystice docemur q̄ si volumꝰ xp̄m habere amicū debemꝰ sapientiā decē ꝓceptoꝝ diligēter obseruare. Un̄ Joh. xiij. Qui habet mādata mea z ser. ea ille ē q̄ dili. me.

¶ Duodecimū qz venerabilis est in totꝰ mūdi ecclesia z oīb⁹ subuenit inuocātib⁹ sua suffragia vt beata ꝑgo maria q̄ est mater misericordie z gr̄e ac oīm aduocata a ꝺo ꝓstituta vt canit eccl̄ia. Naz q̄dāmō sibi btā katherina i ꝺ ē assimilata vt ꝓmo ex ꝺ q̄ ex ei⁹ sepulchro oleū manat valens in salutē languidoꝝ. ad designāduz q̄ ipa valet oīb⁹ inuocantib⁹ misericordiā a deo impetrare. Secūdo ex hoc q̄ dū decollarec̄ orauit deū vt q̄cūq; memoriā sui ageret siue in ecclesia siue in q̄cūq; necessitate eā inuocaret: misericordie effectū cōsequerec̄. Et facta est vox de celo d. Tibi deuotis

optata ꝓmitto ꝑsidia. z sic ipa sicut z beata ma/ ria habet ꝓuilegiū suffragādi in exitu aie vt de b legunt multa miracula q̄ hic amore breuitatis ꝓtrāseo. O gl'iosa ẏgo laudet in te xp̄s z sanctissi ma maria mater ei⁹. O p̄dilecta iesu spōsa ꝓpter amorē iesu z sctissime eius matris misericordiā

¶ Circa tertiū de corona re/ gni celestis inq̄rendū est q̄ttuplici z q̄z gl'iosa co/ rona regnat in celis sc̄a Katherina inē oēs ẏgi nes ꝑfulgens post mariā ẏginēvt ꝑmiceria. Ad q̄ notādū est q̄ ipa btā katherina ꝑfulget septu plici corona inter ceteras post ẏginē gl'iosaz. ꝓ pter q̄ corona regni dr̄ posita in capite ei⁹. Pri ma ēst corona reginalis quaz ꝓmeruit ꝓ hoc q̄ fuit specialis spōsa eternī fūmi regis xp̄i. Unde ipā pōt dicere illud Esa.lxj. Circūdedit me dñs indumēto iusticie z taz spōsaz decorauit me co/ rona. hāc q̄libet aia ꝓ suo modulo fidei z chari/ tat̄ possidere poterit ꝓ quā a xp̄o desponsat Osee ij. Spōsabo te mihi in fide. spōsabo te in miseri/ cordia z iusticia. z pdik ꝓ pctm̄. Secūda est coro na ẏginalis. q̄z ẏginibꝫ debet aureola. ipa autē fuit ẏgo mūdissima. ḡ zc̄. Hāc hō imitat ꝓ casti tatē. Tertia est corona p̄dicatiōis. Nā z p̄dicato ribus debet aureola fm doct. sup. iiij. Ipa autē p̄dicauit fidē xp̄i z multos cōuertit. ḡ zc̄. De hac Lesar⁹. Quot z quātis aiabꝫ o hō exēplū salut̄ ꝑbuer̄ cū tot z ꝓ tot z tātis coronā vite possidet/ bis. Per ōriū de malis. Grego. Tot mortibus q̄sq̄z dign⁹ est q̄t ꝑuitat̄ exēpla relinq̄t. Quarta est corona passiōis q̄ debet ꝓ martyrio fm doctoz. Quinta est corona victorialis. de q̄ Jac̄.j. Bea/ tus vir q̄ suffert tēptationē q.c.ꝓ.f.a. coronā vite quā repr.d.di.sc. Bern̄. Quoties tēptatiōes vin cis totiēs coronaber̄. Sz beata Kath. multz̄ sol licitatiōibꝫ ē tēptata q̄s oēs vicit vt supꝫ dictū ē. ḡ zc̄. ¶ Sexta ē corona gl'ie official'. Nā ipa ē ẏginū ꝑmiceria ꝑ ẏginū ẏginē mariā sc̄a vt credit. z ptz ꝓ p̄dicta. ḡ habet coronā gl'ie special' tāq̄z ꝑmiceria. z hoc ꝑsuadet rōne tali. q. vt Ber̄. sermōe de innocētibꝫ ait. Xp̄i pietas maioz est q̄z cuiuscūq; tyrānī ipietas vt q̄s tyrānus trucidat xp̄s coronet. Sz qz tyrān⁹ Marenti⁹ ꝑmittebat Katherine si sibi ꝓsentiret hāc dignitat̄ coronaz vt essz secūda post reginā: sz illa ꝓ amore xp̄i hoc ꝓtēpsit z oīa insup tormēta. Cū ḡ meritū corre spōdeat ꝑmio in celesti regno sequit q. xp̄i pietas hāc sibi coronā felici⁹ ꝑstiterit vt esset secūda post mariā oīm reginā. Septima est gl'ie aurea coro na essentialis. de q̄ Innocē. in sermōe dicit q. au rea gl'ie corona ꝓsistit in tribꝫ dotibꝫ aie. s. visione dei: fruitiōe z tentiōe. Ex q̄bus redūdant q̄ttuor dotes corpis. s. claritas: agilitas: subtilitas: im/ passibilitas. Nec aūt oia katherina ꝑmeruit ex/ cellētissime ꝓ magna sua sctitate inter̄ virgines. Merito ḡ de ea dicit q. iurta ẏba thematis xp̄s eā adamauit sup oēs mulieres sc̄z post mariā: z posuit diadema regni in capite ei⁹. O ḡ charissi/ mi accedam⁹ z orem⁹ dī. O ẏgo gl'iosissima ka therina ꝓ tua merita z ꝑmia ꝑclarissima ipetra nobis gratiā in p̄senti: finēq̄z bonū in exitu anie: ac gloriā in futuro Amen.

De sancta Katherina Sermo tertius.

Non est talis mu

lier sup terrā in aspectu in pulchritudi/ ne z in sensu verboꝝ Judith.cā.xj. Hec ẏba ad litterā de Judith casta fūt dicta: tñ optime ꝓueniūt ꝑdicari z dici de sancta katheri na. Primo qz ipa legit fuisse speciosa valde z in/ credibili pulchritudine oīm oculis admirabilis videbat z gratiosa. Secūdo qz i ea apparuit ad mirabilis sapiētia z eloquētia facūdissima adeo q̄ superauit q̄nq̄ginta ꝑbos z oratores sapientiss/ mos in orbe. Tertio qz ipa ꝓ amore x̄ castitat̄ vir ginalis maximas p̄ ceter̄ sanctis ẏginibꝫ z mu lieribꝫ obtinuit a deo ꝓrogatiuas z ꝓuilegioꝝ q̄ tias vt supꝫ oēs post ẏginē matrē xp̄i fuerit digni ficata. Ult̄ de ea cōueniēter ꝓ fmōe accipim⁹ hec ẏba. Nō est talis mulier zc̄. In q̄bus cōmenda tur beata Katherina ꝑcipue de tribꝫ z ꝑz hec ad honorē ei⁹ ria mysteria ꝓ fmōe notem⁹.

¶ Primū ō pulchritudine puritatis: ibi. Nō est talis mulier in pulchritudine.

¶ Secūdū de altitudine sagacitatis: ibi, Et in sensu verboꝝ.

¶ Tertiū de suffragamine celebritatis: ibi. In aspectu sc̄z devotoꝝ.

¶ Circa p̄mū de pulchritudine puritat̄ q̄ ritur. quare in castitate dr̄ cōsistere pulchritudo aie. vt q̄nto hō castior: tanto cōz ōo iudicet pul chrior. Nec q̄stio elicit ex b q̄ iurta p̄missuz the/ ma iudicat beata katherina p̄ ceteris mulieribꝫ pulchrior nedū ob pulchritudinē corpis: iz post ob amorē castitat̄. vt notat Fran. Maro. in ser. Nā ex scḡtura sacra pulchritudinē castitatis ad mirabilē insinuat di. Sap̄. iiij. ca. O q̄z pulchra est casta generatio cuz claritate. s. sapiētie diuine q̄ ꝓsistit in cognitiōe fidei xp̄i. Secūd̄. Immortal/ est eīm mēoria illi⁹ qz z apud deū nota est z apō hoies. Et sic ptz. Sed ad hec rñdet q. vt colligit er doctoꝝ dictis ac sacra scriptura oīs aie xp̄ia/ ne pulchritudo merito attribuit castitati ratiōe quadruplici.

Prima accipit er pte diligētis dei.

Secūda er pte ꝓformitatis xp̄i.

Tertia er pte pulchritudinis būane faciei.

Quarta er pte silitudinis angeli.

Primo quia deus z dñs iesus in castitate hoꝝ minis delectari legit tanq̄z in floribus delecta/ bilibꝫ z pulcherrimis: iurta illud Cant̄.ij. Qui pascit inter lilia sc̄z castitatis: vt exponit Bern̄. Unde Aug. O q̄z dulces sunt fructus castitatis z charitatis. qz in eis singularie reficit dñs ma/ iestatis. Jtē Chrys. sup Matth. Bone voluntas

¶ Circa secundū de documēto euangelij. s. ad salutez necessaria querit Que sunt ꝑcepta in doctrina euangelica que obseruare obligat hois christiana anima ꝓ eterna salute necessaria. Ad quod respondet q in sancto euangelio christus dominus tradidit plurima p̄cepta que possūt reduci ad hec decē p̄cepta (fm Alphabetum.)

¶ Primū est p̄ceptum adhesionis fidei catholice. Unde Jobis. iij. christus ait. Sic deus dilexit mundū vt filium suum vnigenitus daret vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam. Qui credit in eum non iudicat.

Lyra.i.nō hz cām vñ iudicē ad dānationē. Et b dūmō credit qs in xp̄m fide formata charitate. Sec̄ḋ. Qui aūt ñ credit iā iudicat⁹ est.i.habet i se causam manifestā iudicij ad dānationē. Sic̄ illē dz mori tu⁹ q̄ hz i se cām manifestā mortē. ¶ Secundū est p̄ceptū baptismi z sacramentalis gr̄e. Ūñ Joh.iij.ōr xp̄s. Nisi qs renat⁹ fuerit ex aq̄ et spūscto nō pōt introire in regnū dei. Ūñ baptismus est sac̄m necessitatis. Sed q̄d de alijs sacramēt̄is: nunq̄d oia sacra sunt necessitatis. Rñdetur fm doc. p̄cipue fratrē Angelū ō claua. q ponūt q̄nq̄ sac̄a necessaria ad salutē. eoq sine ipsis ñ pōt qs saluari si ex p̄cepto obmittunt dū haberi pñt. Et sūt ista. s. Baptism⁹ Cōfirmatio Penitētia p⁹ pctō mortale ꝓmissū. Eucharistia. z extrema vnctio. vt notat.j.q.j. §. Sed nōdū. z i c. venies. ō trāsac. i glo. Alia aūt duo sac̄a. s. mr̄imoniū et ordo dicunt sac̄a volūtaria. q̄a sine ipsis pōt saluari qs si nō vult ea. Tertiū est p̄ceptū charitatis diuie amicicie. de q̄ Mat. xxij. z Lu. x. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo z̄c. ℔ fac et vives. Ubi nota q sic̄ Chrys. ait. In eo q dic toto nō recipit sectiōez. i. diuisionē. vt scz ptim diligas deū: ptim pctm. sed ℔ excludit oē mortale pctm. qz oē tale ꝓriat deo. Ūñ z Sap. xiiij. Similr deo odio sunt impi⁹ z ip̄ietas ei⁹. O g̃a ia dilige deū finē ponēdo pctis. Quartū est p̄ceptū decalogi obseruātie. Nā Mat. xix. xp̄s dicit. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. s. decalogi. qz sine obseruatiōe illoz p̄ceptoz moraliū nō est salus vt ꝓfirmauit xp̄s i euāgelio. ¶ Quintū est eccl'iastice vniōis z obedientie. vñ Mat. xviij. dicit christ⁹ Si qs eccl'iam nō audierit sit tibi sicut ethnic⁹ z publicā⁹. Ūñ oēs scismatici z hereticī dānabiles sūt vt dicit Aug⁹. extra de here. c. ¶ Sextū est p̄ceptū fraterne dilectiōis z misc̄die. Mat. xxij. Diliges ꝓximū tuū sic̄ teip̄m. z Mat. v. Diligite inimicos. dñ. hūjs q odert vos z̄c. Lu. vj. Estote misericordes sic̄ z p̄r vr̄ ce. z̄c. ¶ Querit vtz ois christian⁹ teneat sub p̄cepto opa misc̄die exercere Rñdet fm sniam Richi. i. iij. dist. xv. et Tho. ij. ij. q. xxxij. aliorūq̄z cōiter. q opa misc̄die exhibere ꝓrio est p̄ceptū tā ex lege nature q̄z ex lege diuina. q̄z ex lege canonica. lxxxvj. dist. Nō sat. et. vij. q. j. Dēs. Ūñ. j. Joh. iij. scribit. Qui habuerit substantiam huj⁹ mūdi z viderit fratrē su. necessitatē habere z clauserit viscera sua ab eo: quō charitas dei manet i eo. Et glo. j. Thim. iij. dic̄. Dis sūma disciplina xp̄iane est i misc̄dia z pietate. Sed q ℔ p̄ceptū est affirmatiuum: tō nō obligat ad sp nisi p loco z tpe. Unō cōsiderādū est q hoies sūt in differentia triplici. Quidā sunt defectū patientes in tpalibus. z tales ñ tenent alijs erogare sua. qz ordinata charitas a seipso incipit. Alij aūt sunt habentes sufficientiā necessariorū in tpalibus fm sui stat⁹ cōuenientiā q̄ ad se et suos q̄s debet prouidere: nec hūt aliq̄d superfluū tūc non tenent sub p̄cepto erogare sua alijs: nisi qs essz in extrema necessitate cōstitut⁹ quē posset subleuare sine sui z suoz notabili vel magno detrimēto. tūc em̄ tenet. Ūñ Amb. lxxxvj. di. Pasce inquit fame morientē. Quisq̄s em̄ pascendo dominē seruare potest: si nō pauerit: fame occidisti. Denique alij sunt hūntes etiā abūdātia et superflua in tpalibus. z tales tenent sub p̄cepto misericordie p̄ris subuenire etiā citra necessitatē extremā. ¶ Septimū ē p̄ceptū gerēde crucis pnie. Ūñ Lu. xiiij. Qui nō baiulat crucē suā z sequit̄ me ñ ē me dign⁹. Et xiij. Nisi pniaz egerit⁹ oēs sic̄ pibit⁹. Est aūt pnia fm Greg. z Amb. p̄terita mala. i. pcta plāgere et plāgēda itez nō cōmittere. vt patet i. iij. dis. xiij.

Octauū est habēde i aduersis patiētie. Lu. xxj. In patiētia vr̄a possidebitis aīas vr̄as. Et ca. vj. Būdicite maledicētibus vob. s. imp̄cādo eis bona gr̄e z gl'ie et orare p ips̄e. z̄c. Nonū ē p̄ceptū iusticie. de q̄ Mat. v. xp̄s dicit. Nisi abūdauerit iustitia vestra plꝰ q̄z scribarū z pharisēorū non intrabitis in regnū z̄c. Et. vij. Oia q̄cūq̄z vultis vt faciant vobis homines. et vos facite illis. Nā q̄a hec est iusticia legis naturalis a q̄ deriuant oia p̄cepta q̄ ordināt hoiem ad ꝓximū. Jō subdit xp̄s. Hec est em̄ lex et ꝓphe z̄c. Decimū est p̄ceptū pseuerātie. de q̄ Matth. xxiiij. xp̄s dicit. Qui pseuerauerit vsq̄z i finē. i. vsq̄z ad mortē patiendā in fide formata charitate obseruādo p̄cepta: hic saluus erit. O g̃ xp̄iane disce hec p̄cepta euāgelica seruare in finem vt saluēris.

¶ Circa tertiū de nūcio bono. s. qs̄ in euāgelio annūciat p euāgelistas sit p ꝓclusiōe dictū glo. Act. j. et Aug. di. sic. Euāgeliū est bona nūciatio in q̄ nunciat reḋes post laborē. regnū p⁹ seruitū. vita post mortē. et gaudiū post dolorē. Declarari pōt hec ꝓclusio ex ip̄s scr̄pt̄s euāgelicis atq̄z euāgelistaz figurīs ꝓsonātibus. Prio q̄dez dz q in euāgelio annūciat reḋes p⁹ laborē. qz annūciat q xp̄s dñs p mirabilēs labores z p̄cipue passionis puenit ad requiē celestē mānsiōis. Ūñ Lu. xxiiij. scribit. Oportebat pati xp̄m z ita intrare in gl'iaz suā Jn q̄ docemur q ad celestē patriā nos q̄z oportet intrare p mirabilēs tribulatiōes vt ait Paulus Act. xiiij. Jn hui⁹ figurā euāgelic⁹ vir Lucas i figura bouis signat. qz bos est aial laboriosuz et immolaticiū speciale. eoq maiora sacrificia de bobus fieri ꝓsueuerāt in lege. Ideoq̄z in b docet q euangelij sectatores. i. xp̄iani laborare debent in bonis op̄ib⁹ z passiōe aduersitatuz p reḋe regni celestis ad exēplū xp̄i z bti Luce aliorūq̄z euāgelistaz z sc̄ōz. ¶ Scdo dicit. s. in cōclusione q sup q i euāgelio annūciat regnū post seruitū. s. deo exhibitū z ōbitū. Ūñ Matth. xxv. christus dicit seruo bono z fideli. Euge serue bone z fide. qz in pau. fu. fi. su. m'ta te ꝓsti. intra i gau. d. Econtra subdit de malo di. Inutilē seruuz ei̇cite in tenebras exte. ibi erit fletus z stridor dentiū. Jn cui⁹ figurā cōsonat q Matthe⁹ in homis facie figurat. Homo em̄ factus est ad seruiendū deo vt seruiendo fideliter mereat. s. p b regre cū deo ppetuo vt docet Magister in. ij. dist. j. Ideoq̄z p boc

docemur q̄ si volum⁹ esse boni z euangelici christiani debemus seruire christo vt regnemus cū christo exēplo Matthei z sctōz. ¶ Tercio ōr q̄ i euāgelio annūciat vita post mortē. vita inq̄z btē resurrectiōis et imortal' ad quā xp̄s dñs p⁹ mortē resurrexit. de q̄ inē euāgelistas euidēti⁹ scribit Marc⁹ q̄ figurat p leonē. De q̄ Raban⁹ dic̄ q̄ leonis catulus nat⁹ trib⁹ diebꝫ z noctib⁹ dormit q̄si mortu⁹ sed deinde patr̄ rugitu excitat. In q̄ docemur q̄ de morte culpe debem⁹ resurgere p tres ptes vere pnie. s. ꝓtritionē cōfessiōez z satisfactionē: ad vitā gr̄e i p̄senti si volum⁹ puenire ad btām vitā gl'ie q̄ pmittit in euāgelio. et sic regnare cū xp̄o z sctis. ¶ Quarto addit q̄ in euangelio annūciat hoib⁹ gaudiū p⁹ dolorē. Nā Job. xvj. xp̄s ait. Tristicia vr̄a vertet in gaudiuz. Et p̄m Lyrā litteralit loquit de tristicia quā habuer̄t discipuli de passiōe et morte xp̄i. Ponit q̄z ad id exēplū di. Mulier cū parit tristiciā h̄z q̄ venit hora ei⁹. cū aūt peperit puer̄ iā non memit p̄ssure p̄p̄ gaudiū z̄c. Et vos q̄dē nūc tristiciā habetis. iter̄ aūt vi. vos z gaudebit cor vestr̄. et gau. vestrū nemo tol. z̄c. Acce ḡ euāgeliū p⁹ dolorē com passiōis cū xp̄o crucifixo: z etiā p⁹ dolorē ō pctis annūciat nob gaudiū sempit̄nū. Et h̄ figuralit̄ docet̄ p aq̄lā i Jobāne. Nā aq̄la vt ait Aug⁹. sup Job. z Amb. in exame. altissime volat super oēs aues z iocūdat in aspectu sol' irreuerberat̄ oculi' ituēdo adeo q̄ pullos suos p̄ vngue suspēdeñ radijs solis opponit. q̄ si ꝓtēplat⁹ solē fuerit fili⁹ ver⁹ agn̄scit z fouet. si aūt acie p̄spicuerit tanq̄z adulterin⁹ abijcit. Jtē Plini⁹ dicit q̄ aq̄la in nido ponit q̄ndā lapidē pciosū q̄ ip̄m iuuat in dolore pt⁹ ad partēduz facilit̄. Per hec ḡ docemur vt cōdoleam⁹ xp̄o passo p pctis nr̄is. et sic volare poterim⁹ ad gaudiū diuie visiōis ei⁹ q̄ nob pmittit̄ in euāgelio. Rogem⁹ ḡ dñm iesū vt per merita sctōz euāgelistar̄ det nob gr̄am q̄ viuamus p̄m euāgeliū in p̄nti z tādē pueniam⁹ ad celeste gaudium Amen.

De vno vel pluribꝫ martyribꝫ Sermo cōis.

Qui perdiderit

q̄niam suā ꝓp̄ me saluā faciet illam. Lu. ix. ca. ¶ Jtē aliud thema p pl'ib⁹ accipe. Dico vob amicis meis ne timeam⁹ ab hijs q̄ occidūt corp⁹ z̄c. Lu. xij. et ad laudē bui⁹ festiuitat̄. Sic docet Aug. duo sunt amores et duo sūt timores q̄ sūt cause oīs boni z cause oīs mali. Nā amor dei est cā oīs boni. amor aūt suiipsi⁹ est causa oīs mali. Ūñ in libro de ciui. dei ōr. q̄ ciuitatē celestis hier'm facit amor dei vsq̄z ad ꝓtēptū sui crescēs. Ciuitatē aūt diaboli babilonicam facit amor sui crescēs vsq̄z ad ꝓtēptū dei. Sic̄r timor dei est cā oīs boni. timor aūt mūdi q̄ timet sibi q̄s ne ei sit male i seculo isto est cā oīs mali. vt idē Aug. dicit sup Pſ.

Idcirco xp̄s dñs voluit i cordib⁹ hoīm inserere amorē dei et timorē dei vt excluderet amorē sui ipsius hoīs z timorē mundi. dicit ḡ. Qui pdiderit z̄c. et iter̄. Dico vob amicis z̄c. Juxta q̄ ṽba cōmēdat sctūs iste martyr sic̄ z ceteri scti martyres p̄cipue de trib⁹ de q̄b⁹ erit hic sermo.

Prio de mortis tolerātia. ibi. Qui pdiderit animā. i. vitā anialē sustinēdo mortē ꝓpter deū. Jtē in alio thē. ibi. q̄ occidunt.

Scōo de passiōis causa saluifica. ibi. Qui pdide. ꝓp̄ me z̄c. Jtē in alio themate cū ōr. amicis meis. q. d. p amore meo patientib⁹.

Tercio de pfectiōis gl'ia. q̄z martyriū pars pfectionis est. Jter̄ in alio themate hoc notat cū dicit. ne terreamini: q̄d est pfectionis.

¶ Circa p̄mum de morte cōstanter sustinēda p amore xp̄i filij dei exēplo scz sctōz martyr̄ q̄rit q̄re debeāt oēs xp̄iani libēter animā ponere amore xp̄i. nec timere mori. vicz siue certādo pro fide xp̄i: siue reluctādo ꝑ cōsensum pcti. Ad q̄d respondendo s̄m doctores pl'ime rōnes inducitue accipiunt. Prima rō accipit̄ ex pte dei z ei⁹ volūtatis. q̄z pſecutores nil p̄ñ facere ꝓtra fideles xp̄ianos nisi q̄ntū de⁹ vult vl' pmittit. z ideo ꝓsiderātes q̄ deo volēte patimur mortē: libēter sustinere debem⁹ vt ill⁹ volūtati ꝓformemur. Nāc rationē fundat Chryſ. in origiali sup Mat. di. sic. Forte aliq̄s dicat vt q̄d tanta licētia data est malis vt etiā ꝑ volūtatē dei habeāt in sctis ptātē nocēdi: Absit. Nihil cñ p̄ñ deo nolēte. Nōne duo passeres asse venūt z vn⁹ ex eis nō cadet in t̄raz sine volūtate p̄tis vr̄i vt dicit xp̄s Mat. x. Si ḡ passeres in volūtate dei positi sunt: non in ptāte hois: q̄s tñ de⁹ fecit ad vsum hoīm. q̄nto magis vos hoies q̄s de⁹ fecit ad gl'iam suaz. Si passer cuētu nō morit̄ nec cuadit q̄z est op⁹ di. q̄nto magis iust⁹ hō q̄z imago est dei. sed aut a deo traditus morit̄. aut a deo liberat⁹ euadit. Si in passeribꝫ nil sine rōne agit̄ q̄p duoꝝ pciū est assis. q̄nto magis i vob sine deo nil agit̄ q̄p pciū est christi sanguis Nec Chryſ. Scōa rō ex pte electi fidelis. de quib⁹ christus dicit Matth. x. Vestri aūt et capilli capit̄ oēs nūerati sūt. sup q̄ verbo idez Chryſ. fundat rōnez talē dicēs sic. ¶ Quid nobis pdest capillos nūeratos habere si occidimur z morimur. Sed ideo nūerati sunt vt ineē nū viuam⁹. Nunq̄d ideo nūerat deus aliq̄d vt numeꝝ ei⁹ cognoscat q̄ ab initio vt dicit sapia. s. Eccl. j. oia in pondere z nūero z mēsura creauit. Sz ió nūerat ne aliq̄d peat ex ipsis. Ūñ ōr. Pſ. Mihi aūt nimis honorati sunt amici tui deus dinūerabo eos z sup arenā m'tiplicabunt. Videdes ḡ q̄z nō solū nō minuunt q̄ nūerati sunt sed etiā multiplicabunt. hoc est electi. Qui aūt pditi sunt non nūerant. pctōres cñ vt q̄d nūerent q̄s de⁹ nō vult b̄re. illō aūt nūerat de⁹ q̄ vult possit dere. ideo nō nūerant pctōres vt q̄cunq̄z ex illis perierit non sentiat neq̄z curet deus sicut de non

suis.sicut scriptū est vicz Esa.xl. Oēs gētes.s.peccatores q̄si nihil z inane reputate sunt corā deo. Melior est ğ corā deo vn⁹ iustus q̄z totus mundus pcōrib⁹ plen⁹. Nec Chrys. ℗ Tercia rō accipit ex pte psecutoris.qz persecutor nil pōt nisi q̄ntū a deo accepit ptāt. Aug⁹. Cupiditatez nocēdi p te habes. ptātem aūt nocēdi nō habes nisi de⁹ det. Jdeo xp̄s ait iudici. Nō haberes ad uersū me ptātem vllā nisi tibi datū esset desuper Job.xix. Immo etiā ip̄e diabolus nō potuit auferre etiā vnā ouiculā Job:nisi diceret deo Sed nūc mitte manū tuā.i.da mihi ptātez. Magna est ğ cōsolatio filijs dei q̄n psecutor eoz est sicut ga in manu patris ipsoz q̄ est p̄ miscōiaruz. vñ credendū est q̄ nō ꝓmittit eos affligi nisi in q̄ntum viderit eis vtile esse. Ps. Q̄m nō relinq̄t dns virgā pctōz sup sortē iustoz vt nō extēdant iusti ad iniq̄tatē manꝰ suas. Et.j. Coz.x. Fidelis de⁹ q̄ nō patiet vos tēptari sup id qđ potest.sed faciet cū tēptatōe ꝓuentū zc. Hinc Chrys. vbi s. dicit. Nō debet timere hoīes. nō em̄ q̄n volunt impij tūc p̄t nocere. sed q̄n de⁹ illis nocēdi tps cōcesserit vt ꝓuideat scīs suis coronā. Deo nāq̄z liberāte hō tibi nocere nō potest etiā si vult. Deo aūt tradēte hō tibi parcere nō pōt etiā si vult. Et ponit exēplū d̄ xp̄o quē pilat⁹ dimittere volebat sed nō potuit.qz de⁹ noluit. ¶ Quarta rō accipitur ex pte nr̄i corpis.qz videlicet ip̄m corp⁹ nr̄m nō est nostrū ꝓpriū sed nob ad tps accōmodatū et ideo illud exercere debem⁹ ad nr̄am vtilitatez Unde Chrys. vbi s. dicit sic. Ecce si mutuo aliq̄d accipis vt puta bouem aut equuz:nōne assidue opus tuū in eo opar. ad qđ mutuasti.dicis em̄ apud te: hodie aut cras tollēdus est a me qz nō est me⁹. Et tu in corpe corruptibili z tpali q̄re nō ad vtilitatē anie tue vter.:sciens qz post modicū tollēdū est a te.qz nō est tuū. Que est ista insipiētia:odire qđ nr̄m est.i.aiam.et seruare amando qđ nostrū nō est.corpus.s. Nec ille. ¶ Quita rō est ex pte aie respectu carnis. qz vt d̄r apl's Gal. v.caro concupiscit aduersus spūm et spūs aduersus carnē.hec em̄ sibi inuicez aduersant.ğ caro ē in nocumentū anie tanq̄z hostis familiaris. Sed vt dic̄ Boet⁹ de cōsol.li.iij. nulla pestis efficacior est ad nocendū q̄z familiaris inimic⁹. Jdeo nō est multū curandū si occidat ꝓ anie salute ꝓpt deū Unde Chrys. vbi s. dicit. Substātia hois.s.principalior z dignior nō est corp⁹ sed aia.hāc em̄ solā de⁹ ad imaginē suā fecit.hanc diligit.ꝓpt hanc fecit z mundū.ꝓpt hāc ip̄se filius dei venit in mūdū Corp⁹ aūt vestimētū est aie:qđ si occidat dānuz nature sue aia nō patit. Jdeoq̄z. Veri⁹ aūt inq̄t n solū ad vestimētū aie caro creata est sed magis ad tēptationez ei⁹ q̄si domestica z naturalis inimica Nec Chrys. ¶ Sed posset q̄s q̄rere cur de⁹ aie copulauit talē hostē familiarē et domesticuz vt in hac vita sp circūferat z nutriat.s.carnez a q̄ impugnet. Rndet ibidē Chrys.di. Caro ad tem ptationē aie q̄si domestica et naturalis inimica est copulata:vt dū expugnat a carne nec vincit: a deo coronet.qz vt Paul⁹ ait.ij. Thim̄.ij. Qui certat in agone nō coronabit nisi legitime certauerit. Et tandē Chrys. subdit. Si ğ caro aie inimica est q̄s sapiēs nō intelliget qz occisio corpis sez ꝓ salute aie optāda est magis q̄z timēda. Nec ille. ¶ Sexta rō ex pte mortis z ei⁹ obligatiōis.qz hō obligat mori ꝓpter p̄mos parentū trāsgressionē. Gen.iij. Quacūq̄z hora comederitis morte moriemi.i.necessitatez mortis incurretis. Et iō q̄n vult de⁹ z q̄lē vult sic a nobis mortē debitā exigit:siue occisiōe p hoiem siue p bestie morsū siue p ignē siue p p̄cipitiū siue p quēcūq̄z modū et casum.nec possum⁹ effugere manū dei. Ps. Dne q̄ ibo a spū tuo z q̄ a facie tua fugiā zc. Et iō cū necessario sim⁹ morituri optand vel libenter debemus mori ad dei gl'iaz vt de necessitate faciam⁹ virtutē z mereamur patriā. Un̄ Chrys. vbi s. hāc rōnē fūdat clare sup illō dictū saluatoris Mat. x. Nolite timere eos q̄ occidūt corp⁹:aiam autez occidere nō p̄nt. ℣ ¶ Ut aūt melius capiam⁹ ac cordi imp̄mam⁹ Quero te o hō qđ amittis cū p xp̄o vel iusticia morti trader. Rndet Chrys. vbi s. q̄ nihil pdis nisi mortis dilatiōez.eoq̄ etiā si nō occideret ꝓpt deū:nihilomin⁹ post modū a teipso moritur⁹ esses necessario.z iō acceleratio illa mortis solā dilationez tollit. Jtē q̄ro. Nunq̄d vere putādū est q̄ in p̄ hō nō pdit etiā ipsaz mortis dilationē. Ad qđ rn̄ det Chrys. d. sic. Magis credendū est nec ipam mortis dilatōez pdere. Si em̄ vez est qz nec foliū cadit de arbore sine volūtate dei.qz dies nūerati ad vitaz nob sunt dati a deo.credere ğ debem⁹ qz nec morimur añ diem nec trāsire possum⁹ die.s.a deo p̄fixum. Nec ille. Subdit q̄z idez Chrys. dicēs. Nūc aūt ponam⁹ q̄ añ diē morimur ꝓpt deum. Si ğ gratis post modicū morituri sumus.q̄re nō est meli⁹ antea mori in causa dei cū gl'ia vt fiat voluntariū qđ futurū est necessariū:vt offeramus p mūere qđ requirit a nob p debito. Nec Chrys. ¶ Septia rō ex pte punitiōis z p̄miatiōis. Nā oib⁹ dicit christus Mat.x. Magis aūt timete eū q̄ pōt z aiam z corp⁹ pdere in gehennā. Nā reuera vt ait Bern. meli⁹ est i p̄nti pati modicū in tribulatiōib⁹ q̄s eternaliter cruciari in fuko tormēti gehēnalib⁹. Un̄ et ibidē xp̄s de p̄mio subdit di. Oīs qui confitebit me corā hoib⁹ cōfitebor z ego cū corā p̄re meo q̄ in celis est. O ğ hō cōsidera qz p p̄sentem passiōez quā p xp̄o sustines eterna tormēta euades.z brī tudinē ꝓpetuā acq̄res.z ideo libenter mortē excipe pctis resistēs. sic fecerūt scī martyres. Et sic patz

℟. ¶ Circa secundū de passiōis cā saluifica q̄stio occurrit Qualib⁹ de caus debeat q̄s martyriū pati vel mortē tolerare vt mereat coronā habere. Rō q̄stiōis est.qz vt Aug.ait.martyrē facit nō pena sz cā.ğ passiōe m̄tū obtinēda ē cā ipa. Ad qđ respondetur p̄m Fran. Maro. ac Nico.

De vno vel pluribus martyribus

de Gozra sup Matb.ij.alioscz docto.p ꝯtuor veritates notatas a Frācisco maro.i sermōe de sctō Stephano martyre. ¶ Prima vitas est q̄ martyriū nō est sustinēdū ꝓp euadendā aliquā miseriā tpalē.sic faciūt q̄dā pessimi boies q̄ se occidi ꝓcurāt.p euasiōe pene vl miserie tpalis. Vñ Aug⁹.j.de ciui.dei.ōt q̄ inferiore seipm intuitu ꝓprie psone vt q̄s p̄ mortē acerbiorē vel turpiorē euadat: sp est illicitū.g̃ zc. ¶ Scōa vitas q̄ martyriū nō est sustinēdū ꝓp euadendā penaz eternalē.s.p̄ncipali⁹ z directe hac intētiōe patiendo z nō ob dei amorē. Rō hui⁹ est.qz talis patit ex timore seruili.z ideo nō sufficit vt martyr sit ō directo. Vñ.j. Joh.iiij. Timor nō est in charitate sed pfecta charitas foras mittit timorē.s. seruilē. Verūtn si q̄s patit p̄ncipali⁹ q̄dē p amore dei z ꝓp̄ cauēdā ei⁹ offensam: licet min⁹ p̄ncipaliter cū ō etiā ꝓp timorē pene infernal' mortē suscipe ret: tal' martyr esset patiēdo ex cā debita. ¶ Tercia veritas q̄ martyriū nō est sustinēdū p̄ncipaliter intēdendo ꝓp̄ retributionē celestē. Ratio.qz talis amor erga deuz nō est vere charitat; sed est amor ꝙcupiscētie. Nā charitas vera est q̄ diligit de⁹ mere ꝓp̄ se z prim⁹ in deū z ꝓp̄ deū. vt ait Mgr̄ in.iij. Licet q̄ppe celesti retributiōe de⁹ remuneret certitudinaliē bomi patiēti p deo debito mō.tn bō nō debet pati p̄ncipaliter ob ō solū vt remūereē ita q̄ nollet pati si nō retribueret sibi.qz sic seruilis esset actio vl passio z nō liberal' pure.p amore dei.z ideo nō sufficeret ad acq̄rendā gl'iam celestez nisi p̄ncipal' intētio esset pati ex charitate liberaliē.cuius min⁹ p̄ncipalis intētio remūeratiōis vel spes p̄miatiōis nō viciat. Vñ Ro.viij. Nō accepistis spūm seruitutis zc.sed accepistis spi.adop.filiōz dei.q̄ si filij z heredes zc. Filius aūt bon⁹ volūtatē patris ꝓficit: etiā si nullā sperat retributiōez. ¶ Quarta veritas q̄ martyriū sustinendū est pure ꝓp̄ dei charitatem z ad dei gl'iam ob debitā cām ꝙcurrentē. Nam Ricb.de arra sp̄se dicit.q̄ si q̄s ex charitate dei in se penā suscipiat nō pena sed gl'ia ē. ¶ Sed occurrit Questio q̄ sūt cause ex q̄bus q̄s mortez patiens martyr efficit. Rñdet p̄m docto.p̄dictos q̄ sunt plīme. ¶ Prima cā est cū q̄s occidit p fide catholica. Vñ Leo papa dic̄. Oi postposito dubio: q̄ p fide xp̄i mortē celeste p̄miū ꝙsequit.patet i apostolis. ¶ Scōa est q̄n q̄s occidit p iusticia et sctā vita. vt patet in Abel quē occidit cayn: inuidens q̄ deo esset accept⁹. ¶ Tercia est cuz q̄s occidit p lege diuīa z obseruātia. vt patet in Machabeis vij.fratribus. Et sic q̄libz nō ꝙsentit pctō eo q̄ est ꝛ legē dei.si ob ō occidit: fit martyr. ¶ Quarta cū q̄s occidit p iniq̄tat; redargutōe debita z veritate p̄dicāda ac ꝙstantia. vt patet in Johāne baptista quē occidit herodes eo q̄ arguebat eum de adulterio. Simil'r in Hieremia quē lapidauit ppl's eo q̄ arguebat vicia eoz. Jtē i Ysaia alijscz ppbetis p̄dicantibz veritatez. Aug⁹. Meli⁹ est p veritate pati suppliciū q̄ p adulatiōe cōsequi beneficiū. ¶ Quita cū q̄s occidit occasiōe xp̄i p̄ncipaliter seu ex ei⁹ odio vel inimicicia. vt patet in innocentibz ab herode occisis. Sil'r si q̄s ꝓp̄ nomē xp̄i anū occidit p̄ncipaliter: fit martyr. Sec⁹ si ꝓpter res vl tpalia. ¶ Sexta cū q̄s occidit p obediētia ecclie iuridica i hijs q̄ sūt ad salutē ptinētia. vt patet in btō Laurētio q̄ martyrisat⁹ est eo q̄ ex iussu pape Sixti distribuit thesauros ecclie paupibz. Nā fm sctm Tbo.ij.ij. oia opa virtutū fm q̄ referunt in deū sunt ꝓtestatiōes fidei.et sic p̄nt esse cause martyrij. Vñ q̄libz patit.p ope bono faciendo z malo vitādo ꝓp̄ deū est vere martyr:certe; debite cōcurrētibz. Septima cū q̄s occidit p liberrate ecclesiastica. vt patet in sctō Thoma Cātuarien. ¶ Octaua cū q̄s occidit p vnitate seruāda.patet in btā Agnete. ¶ Nona cū q̄s patitur p salute fraēna. vñ.j. Joh.iij.scribit. In hoc cognouim⁹ charitatē dei q̄m ille aiam suaz p nob posuit.z nos debem⁹ p fratribz nris aias ponere. Et ō p̄ceptū ē. Dcio q̄ dē plat; q̄n lup⁹.i.hereticus subintraret ad corrūpendū gregē in fide z moribz: vt p ouibz se morti exponat. Decio etiā hijs q̄ videret primū piclitari i aia et nō possent aliē illi subuenire nisi morti se exponeret. vt patz de sctō Vitali martyre q̄ Ursicinū cōfortauit in fide z p ō martyrisatus fuit. Dec Lyra.

¶ Circa tertiū de gl'ia martyrij sit p ꝙclusiones q̄ martyres xp̄i p̄maria fulgent gl'ia celesti. Nā p̄mo fulgēt in gl'ia essentiali q̄ ꝙsistit in tribz Dcio in dei visione. Secō i dei fruitiōe. Tercio in dei ꝓpetua rētiōe ꝓp̄ charitatē xp̄i pfectissimā Nā gl'ia essentialis correspōdet charitati.non est aūt maior charitas q̄z vt q̄s aiam suaz ponat p amico.i.deo.put dicit xp̄s Joh.xv.g̃ zc. Deniq̄z secō ipsi gl'iosi martyres p̄fulgēt in gl'ia ꝙsubstātiali siue corpali quā habebūt post resurrectionē q̄ ꝙsistit in q̄tuor dotibz scz claritate.subtilitate. agilitate.z ipassibilitate. Ut aūt Aug⁹.ō ciui.ōi dicit.in martyribz cicatrices mira gl'ia z decore fulgebūt p̄ resurrectiōez.g̃ zc. Insup tercio ipi p̄ fulgēt in gl'ia accidētali.qz bñt aureolā specialez martyrij. Vñ vt Bern̄.ait.tal' et tāta est illa gl'ia celest; q̄ etiā si donares q̄q̄d potes: dq̄d es: nō eris sicut stella ad solē: puluis ad mōtē: stilla ad flumē. Nec sūt ꝙdigne passiōes hui⁹ tp̄is ad futurā gl'iam q̄ reuelabit in nob.vt dic̄ ap'ls Ro. viij. Rogem⁹ g̃ dñm Jesum vt p merita martyrū det nob gr̄am in p̄senti z gl'iaz sempiternā in futuro Amē.

De vno martyre vel pluribz Sermo.ij.cōmunis tractans de martyrio.

Hoc est vere mar tyr qui p xp̄i nomie sanguinē suum fudit zc. Jtē aliō thema. Qui odit aiam suā in hoc mūdo in vitā eternaz custodit eā. Joh.xij. Jtē p pluribz thema cōsile sit ō. Martyres dñi

dñm bñdicite ineternū. ¶ Hec verba canit ecclesia in officio diuino z merito accipiunt pro themate sermonis. qz vt Bern̄. dicit. eccl'ia sctā est xp̄i sponsa. ideo ei⁹ ꝟba sunt valde autētica. Jtē Innocēti⁹ di. xj. c. Quis nesciat. dicit. q̄ ab oibus obseruari debet qđ romana seruat ecclesia. Nā vt ibidē c. Ecclīastica x. Aug⁹. ait. Rit⁹ eccl'ie a sc̄pturā z a traditiōe aplica z a cōsuetudie sancta pullulauerūt. Jdeo qz ꝟba ei⁹ ad bonorē bius scti vel hoꝝ sctoꝝ martyꝝ q̄bus verbis cōmēdat nob z ꝓponit martyres in exemplū: cū deuotione ꝺbem⁹ audire p̄ sermone accepta. sez Hic est vere martyr zc. vl' illud Martyres dñi dñm bñdicite. imo z vos fideles dñm bñdicite i martyrib⁹. vt. s. p illoꝝ merita acq̄rat gr̄az dei z gloriā. Juxta hec g̃ ꝟba scti martyres cōmēdant de tribꝰ de q̄bꝰ i ꝺ sermōe tria mysteria tractabim⁹

¶ Primo de martyrij veritate. ibi. Hic est vere martyr. Jtē in alio themate cū ꝺr Martyres

¶ Scđo de martyrij varietate. qz ꝺr martyr xp̄i vel dñi. z non diaboli.

¶ Tercio de ei⁹ p̄mij felicitate q̄ debet martyribus in celo. q̄ꝓ qđ ineternū bñdicūt dñm.

¶ Circa p̄mum de martyrij veritate q̄runtur p̄cipua tria.

Primo de eius q̄ddītate.

Scđo de eius virtuositate.

Tercio de eius gradus q̄litate.

Primo g̃ hic queritꝝ qđ sit vez martyriū vt sciamus q̄s dicat vere martyr xp̄i. Ad qđ rñdet ꝑm Fran. z Maro. ser. de sctō Stephano ꝓthomartyre. aliosq̄ doc. q̄ martyriū vez ꝓprie ꝺr a morte qñ q̄s moritꝝ p deo z ei⁹ iusticia. Uñ Aug. sup epl'am Joh. ꝺr. Martyr grece testis ꝺr latine. q̄a morte sua testimoniū fert veritati. Est g̃ martyrium mortis toleratio ab aliq̄ patiēter ꝓpt̄ deū z iusticiā. ¶ Scđo q̄rit q̄ requrunt ad martyriū ꝟtutē. Respōdet: p̄cipua requrunt q̄ttuor. ¶ Primus est certa z debita cā. vt. s. hō moriat p deo vl' pro iusticia. z nō p culpa ꝓpria. Juxta illꝺ. j. Pet. ij. Hoc em̄ est gr̄a si peccātes colaphisati sufferatis. sed si bñfacientes patienter sufferis hec est gr̄a apud deū. Et itez. Si q̄d patimi ꝓpt̄ iusticiā bti. Unde si q̄s patit mortē p culpa sic latrones patiunt: ñ esset martyr ver⁹. Nā z latro iuxta crucē xp̄i pendens licet sit saluat⁹. tñ nō est martyr qz occisus est ꝓpt̄ culpā suaz. Scōm requrit intentio recta sez vt nō patiat ꝓpt̄ aliquā rē tpalem vel mūdanā. vñ Judas Machabe⁹ q̄ ꝓpt̄ verecūdiā būa nā noluit fugere de bello et ibi interfectus est. j. Machab. ix. nō est martyr: licet p iusticia sit occisus. Silr si q̄s daret se morti p xp̄o non intentione gl'ie dei vel iusticie aut edificatiōis ecclesie. sed eo q̄ vitā suā ꝺz eroſam: nō fieret martyr sed mortalissime peccaret. vt no. frater Angelus. Et ꝺ hoc lan⁹ p̄secutus sum ser. p̄cedēti ar. ij. ¶ Tercio requirit volūtas nō coacta vt. s. spōte z nō inuitus moriat. qz alioq̄n nō esset martyriū. Unde p̄s. volūtarie sacrificabo tibi. Uerūtamē illi q̄ nō habent vsum rōnis si occidant occasione xp̄i martyres fiūt. vt patet de inocētib⁹ occisis ab herode. Nā in talib⁹ sufficit q̄ nō hñt ꝛtrariā actu volūtatē. Quartū req̄rit p̄sona distincta. s. vt ñ ipe seipm̄ inficiat sed alt' ipm occidat. qz vt Augst dicit, sceleratissimi sunt hoies q̄ se ꝓmunt. Uñ nunq̄z licet hoi seipm occidere aut mutilare hoc em̄ nō fit sine pcō mortali. q̄a nemo suoꝝ mēbroꝝ ē dñs. xxij. q. v. Si nō licet. Excipit mutilatio q̄ fit cā medicamis. qz ꝺ licet. vt patet ꝺ ꝺ lv. dist. c. Si q̄s. ¶ Sed hic pōt q̄ri Utr̄ liceat alicui occidere seipm̄ ne aliq̄s cogat euz ad pcm̄. Rñdet ꝑm doct. p̄cipue fratrē Angelū de Claua. q̄ nō licet. put ait Aug⁹. li. j. de ciui. dei. z hr̄. xxij. q. v. Si nō licz. Ad idē. xxij. q. iij. Displicet. Q⁹ si q̄s dicat qz Hieronym⁹. xxij. q. v. c. Nō est nostrū. Z̄riū videt dicere. Et ex hoc vt dicit ibi glo. q̄dam dixerūt. vbi fides ecclie z castitas coꝝpōis impugnat: licet alicui se occidere. Rñdet q̄ vt Aug⁹. vbi s. dicit Ad q̄dcunq̄z malū q̄s cogat nō pōt se occidere licite. Et ideo illud Hieronymi dictū: cū dicit sic Nō licz mihi ꝓpria manu pire in p̄secutionib⁹ absq̄z eo vbi castitas p̄clitatur, intelligendū est q̄ hec dictio absq̄z ponit inclusiue. q. d. nec in ist⁹ casib⁹ in q̄b⁹ magis videt licet alicui se occidere. sicut in silī ponit Lanct. iiij ꝺcēdo. Pulcre sunt gene tue absq̄z eo qđ intrinsecus latet. Sic hec dictio absq̄z p etiā inclusiue ponit a Hieronymo vbi s. Sed q̄d dicem⁹ de Samsone q̄ se interfecit cū Philist̄eis. et de pl'ib⁹ talib⁹ etiam sctis martyrib⁹ q̄ se p̄cipitauerūt in ignē ob amorē xp̄i z fidē vel bmōi. Ad hoc dicendū q̄ hec fecerūt ex speciali reuelatione dei z ope spūssancti. vt dicit Aug⁹. dicto c. Si nō licz. que nō sūt trahēda ad seq̄ntia alia. Et sic patz ad secūdū. ¶ Tercio q̄rit. Quot sūt g̃dus martyrij vel q̄les sunt. Ad qđ ꝑm Fran. maro. vbi s respōdet q̄ pot̄issime q̄ttuor grad⁹ pñt assignari. Primus est infantiū q̄ sine ꝓpria volūtate p deo occidunt. vt patet in innocentib⁹ ab herode occisis sicut sup̄ tactū est. Secūdus g̃dus altior est: ifirmoꝝ. s. q̄ nō possunt effugere mortē quā libent vitarent nisi mortal'r peccarent. et tñ pl⁹ eligūt bonā mortē q̄z peccare. De hoc gradu dic̄ christ⁹ Matth. x. Cum p̄seq̄nt vos i ciuitate ista fugite ad aliā. Terci⁹ gradus est p̄fectoꝝ q̄ mortē nō fugiunt sed expectant: q̄uis fugere possint vt patet de pl'ib⁹. Quart⁹ est p̄fectissimoꝝ. qñ aliq̄ nō solū mortē nō fugiūt sed desideranter p xp̄o insequunt. sicut Paul⁹ ait Act. xxj. cū Agab⁹ p̄ diuisset sibi p̄secutionē in hierl'm futurā. Ego in ꝺt nō solū alligari sed z mori parat⁹ sum ꝓ nōie Jesu. Nec potuit retineri a fratrib⁹ q̄n ascēderet in hierusalē. O g̃ anie christiane considerate sanctoꝝ martyꝝ exempla q̄ se libenter tradiderunt in mortē p xp̄o: vt et vos pot⁹ sufferatis quācūq̄z mortem q̄z pctō ꝓsentiatis.

De vno vel pluribus martyri.

Et circa secūdū de martyrū varietate q̄stio occurrit Quot sūt genera martyrū. Ad qđ respō det fm Frā. simulq; alios doctores q̄ sunt multi q̄ dicunt martyres diaboli. et sunt multi martyres xp̄i. z boz aliq; corpales. Alij spūales. Primo inquā sūt multi in mūdo martyres diaboli. vt q̄ sustinent penas z mortē ad cōsequnda pecuniaz desideria. de qbz Bern. Sūt q̄ laborem z dolorē sustinēt sed nō est eis ps in dño. sicut raptores frigz et estū sustinētes ac vigilias: vestiti armis eq̄ntes z fatigā sustinētes cū auaricie. Similr hastilusores duros labores sustinētes pter vanā gl'iam. et sic de alijs. Jtē oēs habētes malā psciam sūt martyres diabolici. q̄z sp sustinent penā remorsus pscie. alij p superbia. alij p luxuria. et sic de alijs. Un Eccl. xij. Nō est ei bn̄ qui assidu⁹ est i malis. Rō. q̄z vt dicit Aug⁹. ois inordinat⁹ anim⁹ est sibi ipsi pena. Jtē Hugo. Nō est gen̄ioz pena q̄z remorsus cōscia. Tales g̃oēs in pctis laborātes sunt martyres diaboli. q̄z laborant in causa diabolica. causa aūt facit martyrē vt dicit Greg. in regist. O g̃ pctōr tu aduerte qđ p laboze tuo diabolus soluet. q̄z tormēta tm̄ modo z nullā aliā psolutionez habebis ab eo. g̃ resipisce. ¶ Secō alij sunt martyres christi de qbz canit pdictū thema. Dic est vere martyr q̄ p xp̄i noie sanguinē suū fudit. Et illud. Martyres dñi dñm bñdicite in eternū. Noz aūt martyrū aliq; sunt corpales. alij spūales. Pro q̄ notandū q̄ martyz xp̄i q̄ruor ponunt genera varietatū. Primū est qn̄ passio redundat in corpus z aiam. sicut fuit martyriuz xp̄i q̄ in passiōe p oīb dolores sustinuit. Treñ. j. O vos oēs q̄ trāsitis p viā attendite z videte si est dolor sicut dolor me⁹. Secūdū gen⁹ est qn̄ passio ē in aia tm̄. sicut fuit passio in aia virgis Marie cōpatiēntis sup filio crucifixo iuxta pphetiā Symeonis Lu. ij. dicēs. Tuā ipsius aiam pertrāsibit gladi⁹. Tūc em̄ martyriū maximū sustinuit btā virgo de q̄ Bern. dicit. Lōge eam pl⁹ q̄z martyrē censemus in q̄ cōpassionis affect⁹ supauit passionis effectū. Tercīū gen⁹ est qn̄ passio solū corp⁹ affligit. sed in aia habet magnā dulcedinē. vt patz de sctō Laurētio q̄ cruciat⁹ epulas reputauit. et de sctō Stephano de q̄ canit Lapides torrentis illi dulces fuerūt zc. Jtē de sctā Agatha z alijs. Quartū gen⁹ est qn̄ passio nō est occidēs corp⁹ nec aiam sepans. sed p ptinuā mortificationem xp̄o crucifigit. z b̄ est martyriū spūale. Un Gre. in omel. Loq̄nte iesu ad turbas zc. dr sic. Quā uis occasio psequtionis desit: habet tm̄ par nr̄a martyriū suū. quia et si carnis colla ferro n̄ subdimus: spūali tm̄ gladio carnalia desideria i mē te trucidam⁹. Nec ille. ¶ Sed iuxta b̄ q̄rit Quot modis pōt q̄s fieri martyr spūalis. Respondet recolligendo doctoz dicta: plures modi assignt circa hoc. ¶ Primo aduersitatis patiēti tolerātione. Un Grego. in Omelia de martyribus dicit. Duo sunt martyrū genera. Unū in occulto i mēte. Alterū in apto in mēte simlr z actiōe. Itaq; martyres esse possum⁹ etiā si ferro nō trucidemur. Nozi q̄ppe a pseq̄nte martyriū in apto est ope. Ferre vo cōtumelias: odiēte diligere martyrium est in occulta cogitatione. Et infra. Nos inq̄t sine ferro martyres esse possum⁹ si patientiā in aio veracit̄ custodim⁹. Nec Greg. Nil mirū qđ boz est mai⁹ signum gr̄e Au mortuoz suscitatio z q̄rūlibet miraculoz opatio. An patientia. Rūdet Amb. dicēs. Ego patientiā magnā uersis non pōt dare natura sed sola dei gr̄a. nec opatio miraculoz reddit deo gratū boiez sicut reddit patiētia. Un impatiētes p murmuratiōnē ostendūt seipos esse vacuos a gr̄a dei. Sicut rota sonās ostēdit se nō bn̄ vncta esse. O ergo bō esto patiēs. ¶ Secō q̄s martyr spūalis efficitur boni desiderij ad martyriū flagratiōe. Un Greg. li. iij. dyalo. dicit. Martyriū in occulto est cū ad passionē virt⁹ prompta flagrat in anio. Jtez Lypanus de pe. dist. j. ca. Nunqđ. dicit. q̄ in seruis xp̄i apud q̄s cogitat z martyriū mēte pcipit etiā si affect⁹ martyrij ad effectuz nō deducit: ipsa sola voluntas coronat. Nec ibi. ¶ Tercio cōpassione in primi necessitate. Unde Greg. Qui doloze inq̄t exhibent in aliena necessitate crucē portant in mente. ¶ Un ex b̄ est documentuz q̄ q̄ intimo corde cōpatit sup xp̄i passione: spūalis martyr fit. sicut beata virgo Maria facta est martyr circa crucem christi cōpatiendo. similr z Jobes euāgelista factus est spūalis martyr sub cruce p dolēdo. pter qđ ipsi ambo. scz Maria z Johānes nō sunt pmissi pati dolorem in morte vt dicit Piero. Et buj⁹ vna rō est. q̄z cum de⁹ nō puniat bis in idip̄m vt dr Naum. j. ideo exq̄ sentiendo: nō debuerūt postea in morte dolores habere. Jtē ex dictis etiā patet q̄s bonū est compati pauperib⁹ in eoz necessitatib⁹. et marie cōpatiemur. primis in defectib⁹ spūalib⁹. s. q̄n videmur aliquē peccare. Grego. Tanto q̄s pfectior est q̄nto dolores sentit alienos. ¶ Quarto spūalis martyr fit q̄s dura vicioz z cōcupiscentiarū mortificatiōe. Un Bern. in ser. Festiuitas. dicit. Quid mirabili⁹ aut qđ martyriuz grauⁱ⁹ est q̄s inē epulas esurire. iter vestes mltas algere. paupertate p̄mi inē diuitias q̄s nē desiderat apparere. tus. An nō merito coronabit̄ q̄ sic legitime certauerit. Idē. Vere martyrij gen⁹ ē q̄tidiana carnis mortificatio. Illud nimiz q̄ ferro mēbra cedunt horroze qđē est imitu⁹. istud tm̄ diuturnitate molestius. Nec Bern. O g̃ hō si nō vales fieri martyr corpalit̄ mortē sustinēdo: disce fieri saltē martyr spiritualis.

¶ Circa terciū p̄ncipale de felici p̄mio martyrū hoc est de aureola que ei debet queri g̃les martyres z quō merent coronari aureola i celo

pro gl'ia martyrū. Ad qđ rñdeť ſm doct. p̄cipue Pe. de pal'. et poſt eū Anthon. floren. i. iij. pte ſū. ti. xxiij. q. ad ꝓſeq̄ndā aureolā martyrū req̄run tur ſimł hec tria. ſ. pſeuerantia in pena. cauſa de bita. z volūtas ſpōtanea: ſine q̄b aureola ñ dať

¶ Primo g̃ req̄rit pſeuerantia in pena. ſ. vſq; ad mortē. ꝓ̄ea nec dať iſta aureola martyrū obe/dientib; etiā ſi obediētia durat vſq; ad mortem licet ī talib; mactať ꝓ̄pria volūtas. Nec dať pau peribꝫ q̄uis mūdo moriank in religiōe. Nec da tur penitētib; p pnīa q̄ crucifigunt ſpūaliter car nē vel caſtigāt corp⁹. Et ſic de alijs oīb; q̄ nō ſūt paſſi penā mort; ab alio illatā. Uñ nec trib; pu/eris in camio ignis poſit; aureola data eſt ꝓ̄prie Nec etiā Job ī euāgeliſte ꝓ̄prie qñ in dolio ferue tis olei ꝓſeruat⁹ eſt. niſi dicať illi cōceſſa a deo ex ꝓuilegio ſpeciali. qđ pie putať. ℟ Sed q̄rit dic. Quid de illo q̄ gen⁹ mort; ſibi infligendū eli git. Rñdeť ſm p̄dictos docto. q̄ q̄ gen⁹ mort; eli git ſibi ꝓ̄ deū vt legit de bt̄o Petro q̄ petijt q̄ti nus vſis pedib; crucifigeret: ne ſili pena cū dño moreret ex būilitate z charitate. talis nō p̄dit au reolā. Si aūt q̄s ꝓ̄ ſeip̄m elegerit gen⁹ mortis vt tolerabiliorē ſeu faciliorē mortē habeat: p̄dit aureolā. Unđ de Seneca dicit Piero. q̄ fuiſſet martyr niſi gen⁹ mort; elegiſſet optiōe ſibi data. Et ī. iij. dyalogoꝝ dr. q̄ q̄dā ſctūs tradit⁹ Lōgo/bardis vt occideret: ſibi data mort; optiōe: nul/lā eligere voluit. ſed dixit illā mortē ſe toleraturꝫ quā dñs p̄mitteret. vñ patet q̄ xp̄ian⁹ nō debet eligere ſibi mortē. ¶ Scđo ad ꝓſeq̄ndā aureolā martyrū req̄rit cā debita. qz vt Greg. in regiſt. dr et etiā glo. Ro. viij. martyrē nō facit pena ſed cā. Uā martyr eſt teſt; in cā fidei. Et ideo ꝓ q̄cūq; ar ticulo fidei q̄s patiať mortē fit martyr. Similiť ſi mortē q̄s patiať ꝓ iuſticia ꝓſeruāda ne offēda tur de⁹. vel ꝓ eccl'ia ne. ſ. ſequať diſpēdiū iur; vel iniuſticia ꝓ eccl'iam. ſicut fecit ſctūs Tho. cantu arien. talis fit martyr. Itē ꝓ q̄cūq; vtutib; deſponſať eccl'ia xp̄o. De b lati⁹ ſer. ¶ Tercio q̄z ad ꝓſeq̄ndā au reolā requirit volūtas. vñ ſe defendens et inuite moriēs nō hēbit aureolā. ¶ Sed q̄d de cru ce ſignať; q̄ in bello hoſtiū xp̄i pugndo peūt. Re ſpōdet Anthoni. vbi ſ. ꝓ tales dū mortē nō fu/giūt ſz mori eligūt ꝓ xp̄o vl' eccl'ie defenſiōe: mar tyres ſūt. Nō em̄ ſe ſed xp̄m z eccl'iaz defendēdo moriunk. Dec Anthon. Uñ ſi q̄ in bello tali ꝓ̄ gl'iam acq̄rendā vel vecundiā cauēdā nolūt fu/gere ſed mori eligūt: nō ſūt martyres. O g̃ charis ſimi accedam⁹ ad depcandū ſctōs martyres vt p eoꝝ merita z orōnes det nob xp̄s dñs gr̃az in p̄ſenti z gl'iam in futuro Amē.

¶ De vno vel pl'ib; martyrib; cōis ſermo tercio.

Qui vicerit poſ

q ſidebit hoc (ſ. celeſte regnuz) et ero illi deus et ipſe erit mihi fili⁹. Apoc. xxj.

Itē ꝓ pluribꝫ aliud thema. Sācti p fidē vicerūt regna: opati ſunt iuſticiā: adepti ſūt repromiſſi/ones. Heb. xj. ℣ In q̄b vbis oſtēdit q̄ ſan cti martyres gl'ioſam victoriā z triūphū obtinu erūt in vita: in morte: z poſt mortē. In vita q̄dez qz vicerūt carnē mūdū z diabolū: dū nullo pct̄o ꝓſentire voluerūt. Item in morte. qz tantā ꝓſtā/tiā habuerūt in charitate xp̄i q̄ etiā p tormēta a xp̄o nō potuerūt ſeparī. Uñ Greg. omel'. de apo/ſtolis dicit. Ecce electi dei, carnē domāt: demoni bus imperāt: p̄ſentia. i. mūdana deſpiciūt: ad et nā patriā currūt: atq; ad illā p tormēta ptingūt: occidi pñt ſed flecti neq̄unt. Dec ille. Sic g̃ poſt mortē triūphādo celeſte regnuz poſſederūt. Et b eſt qđ dicit in themate. Qui vicerit. ſ. carnē: mū/dū z diabolū: poſſidebit b. i. regnū celoꝝ. z ero il li deus (dans gl'iam) z ipſe erit mihi fili⁹. ſ. p aſſi milationē p̄fectā ad xp̄m. Itē in alio themate dr q̄ fuerūt ſcti z habuerūt fidē z vicerunt regna. et opati ſunt iuſticiā. ac ſic adepti ſunt repromiſſi/ones eťne hereditarī. Quib; docemur z nos ta/liter imitari illos vt poſſidere valeam⁹ celeſte re gnū. Ad honorē g̃ hui⁹ martyr; vel iſtoꝝ hec ver ba ꝓueniēter accipiunk ꝓ ſermone. In quib; cō/mendank de tribus.

¶ Primo de virtuoſa ꝓſtantia. ibi Qui vicerit. Item Sancti p fidem.

¶ Secundo de victorioſa patiētia. ſ. q̄ vicerūt regna z poſſident celum.

¶ Tercio de gl'ioſa corona repromiſſa. cū dicit. Ero illi deus. Itē: adepti ſunt re.

℣ Circa p̄mū de cōſtantia martyrꝫ q̄ritur. q̄re ſcti dei z oēs chriſtiani debeāt ſūmope eſſe cōſtantes in pugna ꝓ carnē: mundū: z diabolū. Ad qđ rñdeť qđ iſta pugna niſi q̄s aſſequať vi/ctoriā eſt valde piculoſa q̄druplici rōne.

¶ Primo ꝓpter belli cōtinuitatem.
Scđo ꝓpter cadendi grauitatē
Tercio ꝓpter diaboli calliditatem.
Quarto ꝓpter eritij eternitatem.

Primo ꝓp̄ belli ꝓtinuitatē. qz nunq̄z inēmittit diabolus nos ſpugr̃e ſed cōtinue ꝓ nos machi/nať etiā cū nō ertimareť. Uñ Bern̄. Tres inąt hoſtes habem⁹ p̄cipuos: mūdū: carnē et diabo/lū. E q̄b duo p̄mi ſi q̄n inēmittūt: nunq̄z tñ pe/nitus dimittūt. Tercius. ſ. diabolus tā execra bili odio ꝓ nos coniurauit vt nunq̄z vel ad mo mentū inēmittat. imo cuz nō ſentiť impugnare: acriꝰ impugnat. Nimiz vbiq; diabol⁹ nob laq̄/os tetendit ad capiēdū in pctis. ſ. in viſu. in audi tu. ī guſtu. ī tactu. ī odoratu. Itē ī ſedēdo aut ſtā do laq̄os ocij z male cogitatōis ī dormiēdo ī la borādo indiſcretiōis in comedēdo: bibendo ꝛc. Uñ legiť q̄ ſctūs Anthoni⁹ abbas vidit mūdū totū plenū retib; z laqueis diaboli. et interroga uit di. Dñe q̄s hec p̄t euadere. Reſpōſuz eſt. hu militas. ſ. pnie. Sicut videm⁹ q̄ piſcis z ceruus euadit rete de ſubt⁹ emergendo. Sic in ꝓpoſito.

De vno vel pluribus martyri.

Ideoq; Job.vij. Militia est vita hois sup̄ t̄rā.

¶ Sed q̄re dixit sup̄ terrā. nō sup̄ terrā. nec subt⁹ terrā. nec in terra. Rñdet̄ q̄ ideo non dixit supra terrā. q̄ sup̄ terrā. s. in celo nulla ē pugna sed est pax ibi ꝓtinua. Post q̄ em̄ mali angeli dei ecti sunt: deinceps nulla est in celo pugna. Esa. xxvij. Sedebit ppl'us me⁹ in pulcritudine pac̄. Iē nō dixit sub terra. q̄ ibi. s. in iferno nō est pugna sed incarceratio ꝑpetua. vbi etiā demones dānatos flagellant z cruciāt. ipi em̄ nō p̄nt repugnare nec se defendere tanq̄ ligati et compediti. Matth. xxij. Ligat̄ manib⁹ et pedib⁹ mittite eū in tene. exte. ibi erit flet⁹ et stridor dentiū. Deniq; nō dixit: in terra. q̄ in terra sūt hoies frena amātes z toto corde terrenis herentes. In q̄b etiam nō est pugna. q̄ nō resistūt diabolo sed voluntarie sequunt eū in pctis. et ideo Gregorio dicente diabolus illos tēptare vl' ipugnare negligit q̄s q̄eto iure possidere se sentit. Sed notanđ dixit: sup̄ terrā. q̄ viri scti et fideles nec oino sunt i terra vt sunt cupidi. nec oino sunt in celo vt sūt bti sed mēte eleuati sūt sup̄ terrā. s. ꝑ desideriū et meditationē: licet corpe sint in terra. Juxta q̄d dicit apl'us Phil. iij. Nostra cōuersatio est in cel'. z sic tales dicunt sup̄ terrā. In istis est militia q̄ pugnant ꝯ tēptamēta diaboli resistēdo. g̃ merito ōr q⁹ militia est vita hois. s. boni sup̄ terram. Vnde Bern̄. dicit. Sentit. s. tēptatōes q̄ dissentit. nō sentit q̄ consentit. ¶ Scō pugna sctō ꝑ piculosa est ꝑpter cadēdi grauitatē. q̄ q̄ cadit z vincit in ista pugna: sup̄ oēs alios casus piculosi⁹ z grauius cadit. ¶ Quero nēpe te o bō quē casuz reputas deteriorē sup̄ oēs casus q̄ possunt esse. Si dicas. Casus in lutū q̄ suffoceris. aut cadere forte in cloacā stercore plenā et ibi suffocari peius est aut cadere in cauernā serpētib⁹ z bufonib⁹ morsib⁹ plenā horribili⁹ est. Pre hūs aūt oīb⁹ deterius est cadere in infernū ad tormēta eternalia et indicibilia. Sed ſm veritatē sup̄ hec oīa deterius est cadere in pctm̄ mortale. nā est sup̄ casuz z mortē in sceno vel stercore. q̄ scribit Sap̄. vj. Luto vilior est vita ei⁹. i. pctōris. Iē Joel'. j. Cōputruerūt iumenta. i. carnales hoies in stercore suo. i. in pctis. Et certū est q⁹ pctm̄ fetidi⁹ est corā deo sup̄ oia stercora z fetida. Preterea graui⁹ est cadere in pctm̄ q̄ cadere in ora serpētuz: bufonū et draconū. q̄ ista venenant z occidūt corp⁹ tm̄. sed pctm̄ occidit z veneno ꝑpetuo inficit animaz Unde Eccl. xxj. Quasi a facie colubri fuge pctm̄ Minus dicit z pl⁹ intelligit. i. pl⁹ q̄ a facie colubri. Deniq; cadere in pctm̄ pei⁹ est q̄ cadere i infernū. Eccl. xxviij. Mors illi⁹. i. pcti: mors nequissima. z vtiq; poti⁹ infern⁹ q̄ illa. Lyra. q̄ pena infernalis minus mala est q̄ pctm̄ mortale: Vnaz malū culpe mortalis est ꝑuatio boni diuini q̄d est infinitū. Alū aūt pene infernalis infinitum pena tm̄ mō est ꝑuatio boni creati. ꝑpter q̄d minus habet de rōne mali. Et sic patet q⁹ libet hō magis debet cauere pctm̄ q̄ q̄dcūq; malū: eriaz infernū. Un̄ Ansel. li. sil'itu. dicit. Si hinc pctm̄ et illinc infernū haberē et vni coz necessario immergi deberē: ꝑus me in infernū demergerē anteqū pctm̄ admitterē. Et intelligēdū est de iferno ſm q⁹ pena sine pctō. ¶ Tercio pugna sctō ꝑ est piculosa ꝑpter diaboli deceptionē z callidiratez. Unde Ben̄. iij. scribit. Sed et serpens erat callidior cūct̄ animātib⁹ terre. ¶ Lyra. Ista calliditas refert̄ p̄cipaliter ad demonē q̄ in serpēte apparuit. Sicut lingua alicuius ōr erudita q̄ prudenť monet̄ ab intellectu illi⁹. Un̄ diabol⁹ tanq̄ serpēs est valde astut⁹ z ꝓtra sctōs. Primo q̄ nullū vincere pōt ꝑ potentiā sed ꝑ calliditatē vincit ac fraudulētiā. Isidor⁹. Debilis est hostis antiquus: nō pōt vincere nisi volētē. i. cōsentientē. Scō q̄ mille nocendi artes habet. Un̄ Hiero. ad Eliudiū. Persequit̄ me hostis cui nō vna sed mille sunt nocēdi artes. Vnde z diabol⁹ mille artifex ōr. Tercio q̄ cū serpens habeat caput corp⁹ z caudā: fraudulenter caput i mittit. q̄ admisso statim totus illabit̄. Sic de diabolo dicit Hiero. Lubric⁹ est serpens antiqu⁹ et nisi capite tenear statim totus illabit̄. Per caput intelligē mali suggestionē. ꝑ corp⁹ delectationez. ꝑ caudā ꝓsūmationez. Un̄ Hiero. Alle p̄dicat hūs q̄ statim vt ceperint cogitat⁹: allidit eos ad petrā. i. xp̄m. ¶ Quarto ꝑpter exitij eternitatē. q̄ succūbenti eternū a pte post tormentū iminet in iferno et mors ꝑpetua. Et ꝑ cōtrariū vincenti p̄miū dat eterne hūitatis. Un̄ Jac. j. Bt⁹ vir q̄ suffert tēptā. q̄m cū ꝓbat⁹ fu. acci. coro. vite quam repromis. dei⁹ dilexit. O g̃ xp̄iane stude vincere carnē mūdū et diabolū ne ꝑeas sed coronaz possideas. nā nō coronabit̄ nisi q̄ legitime certauerit vt dic̄ apl'us

¶ Circa secundū de victoria patientie martyrū q̄rit̄ quō scti martyres ꝑ patientiā dicūtur victores vere vel triūphatores: cū ipsi videnť fore victi: vtpote puniti varijs supplicijs et occisi. Ad q̄d rñdet Maxim⁹ in sermone dicēs sic. Est aūt q̄rundā secularium sentētia q̄ dicere solēt apō belligeros viros: vict⁹ dicit occisus. hoc dicit suis dilectoribus mūdus. Sed fidelib⁹ suis aliō loquit̄ xp̄s. Et infra. Aliud est em̄ occidi ꝑ mūdo aliud occidi ꝑ xp̄o. Qui em̄ occidit ꝑ mūdo vincit cū occidit. nō em̄ occideret nisi vinceret. Qui aūt occidit ꝑ christo ñ vincit cuius occidat. Sz reuera victor occidit q̄ cū occidit victor efficit. Hec ille. Notandū aūt ſm eūdē Maximū alios q̄ simul doc. q⁹ sancti dei ꝑ patientiā victores veri z nobilissimi efficiunt pl'ibus rōnibus.

Prima rō ex parte patientie.
Scōa rō ex pte anime.
Tercia ex pte celestis corone.
Quarta ex parte inuincibilis pugne.

Prima rō ex pte patientie. q̄ iste modus vincendi. s. ꝑ patientiā est nobilissimus z gl'iosissimus ac ꝑfectissim⁹. Est q̄ppe nobilissim⁹. q̄ vt scri-

bit. Prouer.xvj. Melior est vir patiēs viro fortī.s.fortitudie corpali q̄nto melior est ania corpe q̄ dñak aio expugnatore vrbiū. Nam patiētia op⁹ pfectū hz Jac.j.c. Propt̄ qđ Diogenes pbs dixit Alexādro magno q̄ mltas vrbes expugnauerat. Tu inqt es seru⁹ seruī mei.qa Diogenes p rōnem dñabak suo appetitui sensitiuo. Alexāder vo seruiebat appetitui sensitiuo. Proinde canit eccl'ia de martyrib⁹ q̄ b est victor⁹ gen⁹ optimū. Itē iste modus vincēdi est gl'iosissim⁹.qz assimilat xp̄o dei filio q̄ vicit p patiētiā.z efficit hominē filiū dei. Mat.v. Diligite inimicos vros vt sitis filij patris vri zc. Deniqz est vtuosissim⁹.qz vt Sene.ait. Magnanimi est iniurias i sūma patiētia pati. Sūt em̄ inūerabiles q̄ pplos z vrbes habuerūt in ptāte:paucissimi q̄ se. Facilius est em̄ gentē vincere q̄z se. Nec Seneca. Scōa rō ex pte aie.qz martyr in aia est inuict⁹ cū nō cessit volūtate. Sed vt Aug.ait de ci.dei. Victoria nō est aliud q̄z subiectio repugntiū.q̄ vincere nō est aliquē vulnerare vel occidere sed sue volūtati facere obedire. Cū g̃ martyr victor extitit i aia in q̄ vinci nō potuit:sequit̄ q̄ gl'iosissime triumphauit. B Nā q̄ro vnō iudicak hō esse vere hō nisi ex pte aie et nō ex pte corpis.qz hō est aial rōnale. Et vt Aug⁹.sup Job.dicit. Nō distat hō a pecore nisi itellectu z rōne:cū corp⁹ mortale habeat sic̄ z pecora. Sic g̃ hō in oib⁹ iudicād⁹ est ex pte aie. Vñ nō est dicēdus hō pulcer in corpe q̄ est fedus i mēte. Mat.xxiij. Ue vob hypocrite q̄ silles estis sepulchris dealbatis q̄ a foris apparēt speciosa int⁹ aūt sunt plena oi spurcicia. Itē non est dicēdus nobil' q̄s rōne gener⁹ z rōne vtut⁹. Vñ Aug. Malus etiā si regnat seru⁹ est tot dñor⁹ q̄t vicio⁹.qa q̄ facit pctm̄ seruus est pcti. Job.viij. Itē nō est dicēd⁹ vere viuus q̄ in aia est p pctm̄ mortu⁹.qz a p̄ncipaliori debet fieri denoiatio vt dic̄ pbs in p̄dicam̄t. Sic q̄ in aia cauet mortē z vincit vere victor est mlto fortis q̄z q̄ in corpe tm̄ vincit. Vñ Aug⁹.de ciui.dei dicit. Si diligēter ꝯsiderem⁹ cū qđs p vitate fidelit̄ mortē mors cauet.s.eēna. Suscipit̄ a corpe separatio aīe: nec tm̄ a deo q̄ est vera vita aia sepak. Unde patet q̄ martyr vere victor ōr. Cū aūt qs in ania cesserit pctō vere vict⁹ est turpit̄. Tercia rō ex pte celestis corone.quia martyr p iuicto.i.xp̄o dño occisus iuste coronak tanq̄z victor. Vñ Maxim⁹ inser.dicit. Corona victoribꝫ dak. Quō g̃ occisus il le victor negak q̄ p eo q̄ occidit a iusto iudice coronak. Ecce btūs hic martyr occisus est qđez nō tm̄ vict⁹.qz p inuicto inuenit occisus. Inuict⁹ est tm̄ xp̄s dñs p q̄ maluit occidi martyr. q̄ si occidi p inuicto metueret:ad victoriam nō veniret. Nec ille. Quarta rō ex pte inuincibil' pugne.qz sancti martyres patiēdo non p̄nt flecti a iusticia vel vinci a malo.sed port⁹ ipsi vincūt iuincibilia regna. Propt̄ qđ de eis canit. Scī p fidē vicerūt regna.vt in themate. D Sed qualia regna vincūt scī dei. Respōdet̄ q̄ tria sunt regna inuicibiliū q̄ ipsi vincūt. Primo regnū demonū.de q̄ Job.xlj. Nō est ptās in ēra q̄ cōparet̄ ei id est ptāti diaboli.q̄ qdem regnat in hoib⁹ per pctm̄. Ideoqz scī z infideles xp̄i victores dicuntur qz vincūt regnū pcti qđ est regnū inuincibile fm qđ tñ.qz innūerabiles hoies diabolus sibi subiecit p pctm̄. Sed scī hoc regnū p pcti z temptationū resistentiaz vincunt. Ad qđ hortak oēs apl's Rom̄.vj.di. Nō regnet pctm̄ in vro mortali corpe vt obediat⁹ ꝯcupiscentijs ei⁹ sed exhibete vos deo Scdo vincunt regnū mortis z inferor⁹ qđ etiā est inuincibile fm qđ.qz mors oēs necat et innūerabiles ad inferna deducit. Sed hoc scī vincūt p xp̄i charitatem. Vñ Cant.viij. Fortis est vt mors dilectio:dura sic̄ infern⁹ emulatio Tercio vincūt regnū celor⁹.et qđ est maximū vincūt ipm inuincibilē deū cui nullus pt resistere. Vñ saluator dixit Mat.xj. Regnū celor⁹ vim patit̄ z violēti rapiunt illō J Sed quō exēplo sctōr⁹ possim⁹ vincere regnū celor⁹ et oēs btōs celestes ac ipm inuincibilē deū. Rndet̄ q̄ p pniam z lachrymosam orōnez. Vñ Bed. O felix lachrym̄a tuū ē regnū:tua ē potētia:tu vincis inuincibilē z ligas oīpotentē.hec ille. Exēplū de Moyse cui orāti dixit dñs Exo.xxxij. Dimitte me vt irascat furor me⁹ ꝯ ppl'm istū. Et cū ille nō cessaret orare:placat⁹ est dñs. Acce g̃ patz q̄ scī martyres merito dicunt victores qz vincūt deū p̄cibꝫ pnia z patientia. oia q̄z regna inuincibilia vincunt. Q g̃ hō fac simil'r et er⁹ victor gloriosus ac possidebis regnū celor⁹. R

